



Wissenschaftliche Abhandlung

zu dem

XXI.

Programm

des

städtischen Gymnasiums zu Stolp

für das Schuljahr 1877—1878.

De hymno Homericō quarto.

εἰς Ἀφροδίτην

scripsit

Bertholdus Suhle.


Stolpae a. 1876—1877.

STOLP.

Druck von F. W. Feige's Buchdruckerei in Stolp.

1878.

1878. Progr. Nr. 112.



De hymno Homericō quarto

εἰς Ἀφροδίτην.

Homeri* quem dicunt hymnum quartum** (εἰς Ἀφροδίτην) cum et G. Hermannus præter alios Homero dignissimum esse existimet et A. Baumeister „tam plena Hōmericae elocutionis quam in nullo alio ex his hymnis fluente oratione“ excellere arbitretur et R. Thiele „optimum ac perfectissimum“ atque „a Graeco poeta optimo exeunte saeculo nono vel ineunte saeculo octavo ante Christum natum compositum“ esse putet et alii viri docti nonnulli „pulcherrimum“, „antiquissimum“***, „διηγητικώτατον“ dicant, diligentissime perscrutari operae pretium est. Nec videtur nullius momenti esse inquisitio, qua quibus sermonis proprietatibus hymnus ille in Venerem differat ab Iliade et Odyssea et ab hymnis Homericis reliquis et quibus cum his consentiat, ita exploretur, ut coniendo statui possit, qua fere aetate conditus sit.

1.

Cum hymni quarti aetatem, quoad possim, definire mihi propositum sit, nodosam rem dispicere conanti multi obstant scrupuli, ex quibus unus maximus, antequam de sermone disseram, actatum proferendus et aliquatenus expediendus est. Codices enim, quibus hymni Homeri qui dicuntur, nobis traditi sunt, omnes parum fide dignos esse ac ne maiorum quidem hymnorū (in Apollinem, in Mercurium, in Cererem) ullum hodie integrum extare quis ignorat? Neque eorum ullum in nostris libris versibus non modo magna ex parte vitiatis, sed etiam omnino subditivis carere apertum est. Quae cum ita sint, qui eo consilio, ut notabiles sermonis proprietates inveniant, haec carmina excutere student, saepe in periculo versantur ne antiquis poetis ea assignent, quae vel librariorum neglegentiae vel interpolatorum temeritati tribuenda sint. Ergo priusquam de hymni IV. proprietatibus sententiam ferre audeamus, quaerere opus est,

*) Secundum usum communem in hac dissertatione ubique Homeri nomine non solum eum summum poetam appello, qui Iliadis vel et Iliadis et Odysseae vetustissimas optimasque partes fecit, sed etiam ceteros poetas, qui vel Iliadis vel Odysseae partes fecerunt; Homeri nomine non appello eos, qui reliqua carmina illi olim addicta fecerunt. Itaque carmina Homeri dico Iliadem et Odysseam, non dico hymnos.

**) Ad hymnos hymnorūque versus enumerandos iis numeris usus sum, quos A. Baumeister apposuit.

***) Eberhardius in libello, quem inscripsit, „die Sprache der homerischen Hymnen . . .“ asseverat hoc: „Ohne Zweifel ist der älteste Hymnus bei an Aphrodite, denn hier ist der Gebrauch des Digamma noch constant“. II. pg. 34.

quibusnam versibus carmen germanum contineatur, quibus subditis auctum sit, quaenam poetæ antiqui, qui illud carmen condidit, ipsius verba sint, quae aliunde orta posterius irrepserint.

2.

Additamenta aliena, quae eicienda esse nemo non videat, dilucide apparent hisce locis:

v. 97—99. Versibus 97—99 nympharum duo genera ita distingui ut alteri, cuius eae sint, αἴτ' ἄλσεα καλὰ νέμονται, alterum opponatur, quod eas complectatur, αἱ καλὸν ὅρος τόδε ναιτάουσι καὶ πηγὰς ποταμῶν καὶ πίσεα ποτήνυται, nonne perabsurdum, nonne permira haec ratio dividendi est? Accedit quod versus 98. a more sermoneque veterum epicorum discrepat, cui haec fere verba convenient:

ἢ τις Νυμφάων, αἱ ὅρος τόδε ναιτάουσιν.

Sed quid multa? Versu 98 ineptissime inserto orationem adeo depravatam esse ut ferri nequeat, nullo negotio perspicimus. Versus enim 97 et v. 99 ex Iliade (Y 8 et 9 = ζ 124) sumpti bene inter se conexi et apti sunt, versus 98 orationis contextum interrumpit atque destruit. Quem iure Ruhnkenius eiecit. „Grammaticus“, inquit Ilgenius, „intellegens classem unam (nympharum) desiderari, ex versibus 258 et 285 versiculum, qui eam contineret, compilavit“. Cf. ζ 123.

v. 276. 277. Versus 276 et 277 cum versibus 274 et 275 tam vehementer pugnant, ut facillime appareat aut alterutros aut utrosque subditos esse. Removit Matthiaeus v. 274 et 275, contra v. 276 et 277 G. Hermannus, cui assentiens equidem aut utrosque removendos esse censeo aut v. 276 et 277, quippe qui et minus quam v. 274 et 275 cum ad praecedentes v. 257 et 258, tum ad insequentem versum 280 apti sint et longius quam illi a simplicitate sermonis Homerici distare videantur; nam verba ὅφρᾳ (καὶ Barnesius inseruit) ταῦτα μετὰ φρεσὶ πάντα διέλθω merito offenderunt F. W. Schneidewinum, qui pro διέλθω (mea sententia audacius) δαῆγες coniecit.

Ea autem, quae de versibus 274 et 275 suspicionem moverunt, non sufficiunt quibus probetur eos spurios esse. Nam exordium versus 256 τὸν μὲν ἐπὴν δὴ πρῶτον iteratum versu 274 quamvis molestum sit, tamen consuetudini eius poetae, qui hymnum IV. composuit, tanto-pere congruit, ut non modo non confirmet, sed etiam infirmet suspicionem illam. Quod si concedere dubitas, ecce versus 278 documento est. Hoc enim loco idem exordium ab eodem poeta, qui versum 256 fecit, repetitum esse nemo negat nisi forte cui libet venustissimos versus 278 et 279 eicere, qui etiam si v. 259—277 omnes eiciuntur, retinendi sunt propterea quod salvo contextu hymnus IV. versibus 274—279 omnibus carere non potest.

Haec autem verba, quae versus 274 habet: τὸν.. ἔληγ πολυήρατος ἥβη (cf. Od. π 366), quamquam neque in Iliade neque in Odyssea neque in hymnis Homeri qui dicuntur, alibi usquam aetatis initium his similibusve verbis notatur, tamen quominus confidenter ab hymno IV. abiudicemus impedit versus 225 persimilia verba habens haec: τὸν.. ἔχεν πολυήρατος ἥβη.

Nec tertium argumentum, quod Matthiaeus affert, quo versus 274 et 275 subditos esse probet, satis firmum est. Nititur enim M. voce θεαί, quam versibus 259—272 adversari censem ideo quod eae nymphae, quae versibus 259—273 describantur, deae non sint. Nam eas dryades mortales esse. At eadem nonnihil a genere humano diversae et divinae naturae quodammodo participes sunt. Quapropter, cum nonnullas nymphas a Graecis hominibus deas appellatas esse constet, nescio an eas nymphas, quae versibus 257—273 describuntur, deas appellare poetis antiquis licuerit etiam si mortales sint. Sed vero ne illud quidem liquet eas mortales esse. Quin etiam contra plane docet v. 259 eas mortales non esse, nisi forte G. Hermannus versum 259 perperam interpretatur cum haec dicit: „Sensus est: quae neque in mortalibus neque in immortalibus numerantur“. Accedit quod in versu 820 eadem immortales dici videntur. Neque

ex versibus 259—272 illud effici potest, quod Matthiaeus vult. Nam dubium est et utrum versus 261 mors nympharum an arborum designetur et num versus 272 mors designetur et utrum versus 269—272 ab eodem atque v. 259—268 facti sint an alias versificator aut versus 269—272 omnes aut versum 272 affinxerit.

Cave igitur pro certo affirmes versus 274 et 275 cum versibus 259—272 pugnare. Sed esto: pugnare videantur. Nihilominus argumentum illud infirmum est. Nam ut aut hos aut illos versus eiciendos esse credas, unde scias utri retinendi sint? Quid quod ii, quibus dryades describuntur, tam mirarum rerum pleni sunt ut potius hos quam illos, quos Matthiaeus removit, spurious esse existimemus? Illos ergo interim restituo.

Sed quomodo versus 276 et 277 irrepserunt? Coniectura hoc fere colligo: Nescio quis cum versus 259—273 legisset, in versibus 274 et 275 offendit, fortasse ob vocem θεοῦ. Quamobrem ut carmen emendaret, eiecit eos, fecit inseruitque v. 276 et 277. Post scriptor librarius socors cum utrosque legeret, hos cum illis coniunxit sine discrimine.

Similiter versum 98 irrepsisse conicio. Primo enim hymnum IV. eo caruisse, deinde eum in locum versus 97 substitutum esse, postremo a librariis utrumque versum in textum quem dicunt receptum esse facile cogitari potest.

3.

Ne temere haec conicere videar, exempla proferam, quae declarant qua ratione critica in hymnis Homericis recensendis utendum sit.

Iam antiquitus horum hymnorum exemplaria nonnullis rebus diversa fuisse Thucydidis libri tertii caput 104. docet, quo loco versus 146—150 et 165—172 hymni I. afferuntur. Tot enim verba alia atque quae nostris in editionibus hymnorum exstant, illi versus apud Thucydidem continent ut non dubitemus quin scriptor ille exemplar compluribus locis a nostrorum codicum fonte vel fontibus diversum ante oculos habuerit. Hymni V. exemplar a fonte codicis M. (sive Leidensis) multis rebus diversum Pausaniae in manibus fuisse videtur viris doctissimis. (cf. quae A. Guttmannus exposuit in libro, quem inscripsit „de hymnorum Hom. historia critica particulae IV“, pg. 31 sqq.). Nostri autem codices ipsi compluribus locis ita inter se discrepant talemque lectionum varietatem praebent ut ex fontibus diversis eos emanasse veri simillimum sit. Hymni I. versus spurious 136—138, qui desunt in codicibus ABCM, in margine exhibet codex D et c. Laurentianus, in quo insuper — id quod notatu dignissimum est — hoc legitur praescriptum: ἐν ἑτέρῳ καὶ οὐτοι οἱ στήχοι κεῖνται, videlicet in altero exemplari, quod scriptor librarius noverat. Hymni II. versus 147b, qui in omnibus codicibus deest, F. W. Schneidewinus restituit ex codicis Laurentiani margine, ubi haec leguntur: γρ. καὶ οὗτος φράζεο μῆτι τοι κακὸν μητίσομ' ὀπίσσω. Hymni III. versus 563 in omnibus codicibus haec habet verba: πειρῶνται δ' ἥπειτα παρέξ οὐδὲν ἡγεμονεύειν; in margine codicis L. haec adscripta sunt: γρ. ψεύδονται δ' ἥπειτα δι' ἄλληλων δενέονται — quibus emendatis Baumeister in textum q. d. iure recepit ψ. δὴ ἥπειτα δι' α. δονέονται. —

Praeterea iam haec nostrorum librorum manu scriptorum menda species, ex quibus condicionem eorum agnoscas: Hymni I. versus 59. in omnibus codicibus „miserrime corruptum“ extare docuit Baumeister, qui eum sagacissime in commentario emendavit. Hymni II. versus nonnullos libri omnes omiserunt, versus 166 codices ABC, v. 360 codices ABCM. Hymni III. versus 519 a scriptore inferioris aetatis adiectum esse patet. Etiam infima aetate hymnos Homericos auctos interpolatosque esse ex illo versu intellegas, praesertim quoniam δημόσαι ἐπὶ τι ab usu Graecorum prorsus abhorret. Hymni X. versus 4—6 in codice B in fine hymni XI. positi sunt, versus 4 et 5 in codice Moscovensi sic mutati:

Χαῖρε, μάκαρα Κυπρίης ἐύκτιμένης μεδέουσα εἰναλίης τε Κύπρου..

Hanc quoque interpolationem infimae aetatis esse nemo non videt. Observa autem quam temere neglegenterque stultus interpolator verba mutaverit. Qui cum Salamina Cypri oppidum esse aut non meminisset aut omnino nesciret, versum corrigere ausus verbis μάκαρα Κυπρίης substitutis in locum verborum Θεὰ Σαλαμῖνος se in leges metricas graviter peccasse non animadvertisit. Facile hunc scopulum praetervehi poterat scribendo μάκαρα ἐύκτιμένης μεδέουσα Κυπρίης; verum tamen cave credas interpolatorem illum animadvertisse eum et sic scripsisse. Nam metri leges neglegere cum omnium librariorum, qui nostros codices hymnorum scripserunt, tum eius, qui codicem M. interpolando vitiavit, mire quam proprium fuit. In versu 3. hymni XIV. codices MF τυμπάνων habent, quod in metrum non convenit; Parisini ABC meliorem lectionem habent et hic τύπανων et in versu 7. hymni XIX. κέλευθα, pro quo F. κάρηνα habet. Accedit quod in v. 254. hymni IV. in uno codice B ὀνομαστόν legitur, in ceteris codicibus ὀνότατον! In versu 6. hymni XV. mutando interpolator codicis M. in leges metricas graviter peccavit. Scripsit enim πημαίνετ' αεθλεύων κράταιῶς, quae infima aetate subdita esse existimes. Idem codex solus habet et in versu 6. hymni I. ἔχάλλσε pro ἔχάλλασσε (ibidem BC ἔκλητισσε) et in v. 14. h. I. μάκαρα Δητοῦ pro μάκαρ' ὁ Δητοῦ et aliis locis multis menda eiusdem generis. Hymni XVIII. versus 12. in locum versus 10. substitutus, deinde (in exemplari versum 10. habente) idem temere alieno loco post versum 11. adscriptus esse videtur. Similiter hymni XXXIV. versus 13–15, quos Baumeister merito eiecit, ex A 528–530 sumptos in locum genuini versus 16. subditos, deinde cum illo inepte coniunctos esse conicio. Hymni XXVI. versum 13. esse, „miserrimum additamentum grammatici, qui versu 12.* vitae in horas productionem rogari opinaretur“, Franckius recte observavit. Hunc quoque versum 13. a scriptore infimae aetatis fictum esse apparet.

Sed haec hactenus; ad hymnum IV. redeamus. Qui praeter manifesta illa additamenta aliena, quae supra commemoravi, hos habet locos, qui suspicionem moveant inesse versus subditivos:

v. 12–15. Ex versibus 12–15 versus 12 et 13 Hermannus ab antiquo poeta abiudicandos esse censem ideo quod cum praecedentibus non bene necti sint. „Sed asyndeton“, inquit Baumeister, „ex more Homeri est in enumerationibus, praincipue in vocibus πρώτος δεύτερος θετατος, cf. A 105. N 46. 91. γ 36. i 437“. At neque hic enumeratio incohatur voce πρώτη nec loci a Baumeistero collati cum hoc loco satis congruunt. Vel minime cum eo congruunt A 105. N 46. 91. i 437 (cf. Guttm. l. l. pg. 54). Tamen dubito affirmare versus 12 et 13 spurios esse; nam is, qui hymnum IV. composuit, et aliquanto post Homerum versus fecit et mediocris fuit poeta, a cuius more inelegans asyndeton haud ita abhorreat. Neque ea argumenta, quibus Guttmannus l. l. pg. 55 sqq. probare studet versus 12–15 omnes „aliunde huic hymno insertos esse“, ad demonstrandam interpolationem sufficere videntur, quamvis gravia sint (cf. quae R. Thiele exposuit in libro, quem inscripsit „prolegomena ad hymnum in Venerem Homericum IV.“, pg. 70 sqq.)

v. 23. Versus 23. quem cum Heynio multi viri docti spurium esse putant, a Baumeistero ut „insulsissimus“ e textu q. d. electus est. At quodammodo salsus esse mihi videtur. „Sententia“ enim, inquit Baumeister, „inde explicanda quod Saturnus natos devorasse et primam

*) Ad v. 12 cf. quae Baum. adnotavit et quae de voce ὕραστ ego disputavi in libro, qui inscriptus est *Übersichtliches griechisch-deutsches Handwörterbuch für die ganze griechische Litteratur. . . Leipzig 1875 Hahn'sche Verlagsb.*

omnium Vestam dicitur, deinde Jovis dolo coactus quos devorasset, rursus evomuisse inverso ordine“. „Apollod. I 1, 5. Hes. Sh. 497 sqq.“ Quae cum ita sint, nonne Vestam Saturnus quasi iterum „τέκετο“ cum devoratam ex visceribus in lucem ederet? An vero ex capite Jovis Minervam partam esse dicere licuit, ex visceribus Saturni evomendo iterum partam esse Vestam dicere non licuit? Ergo quidni poetae licuerit Vestam a Saturno postremam evomitam esse facete salseque dicere hisce verbis: ἦν τέκετο αὐτις ὁ πλοτάτην (natu minimam), nisi forte ii, apud quos carmina pronuntiabat, fabulam illam notissimam ignorabant? Quam versibus 22. et 23. neque insulse nec parum perspicue expressam esse censeo. Versus igitur 23. a Baumeistero, ut opinor, immerito electus est. Nec facilius cogitari potest versum 23. subditum esse quam inter versum 22. et illum a librariis omissum esse talem fere versum:

ἦν πρώτην κατέπινε καὶ θυτερὸν ἐξήμεσσεν versusque 23. prima verba olim fuisse haec: αὐτις ὁρ'. Sed talibus coniecturis facile caremus nisi in mea interpretatione verborum αὐτις δ' ὁ πλοτάτην non adquiescendum est.

V. 36—52 ab editoribus Jenensibus immerito electos tuerit Guttmanus l. l. (pg. 57 v. 36—52. sqq.) exceptis versibus 41—44, quos „postea hymno insertos esse“ mea quidem sententia non pro certo affirmare debebat.

Versu 59., qui ex Odyssea sumptus est, inter versum 58 et v. 60 interposito contextus orationis inepte interrumpitur, cum versus 60 cum versu 58 bene cohaereat, cum v. 59 male. Qua de causa aut versum 59 aut versum 60 (§ 169) subditum esse suspicor. Quam suspicionem valde confirmat v. 63 (§ 172), quem subditum esse veri simillimum est. Eadem enim oleo, cui poeta in versu 62 epitheton ἀμφρότω dedit, in versu 63 epitheton datur ἀμβροσίω, cuius vim hic plane eandem atque illius esse patet. Haec iteratio tam molesta est ut eundem eam commisso poetam credere vix possimus. Hoc autem loco ut versus Homericu adderentur, facillime fieri potuit ideo quod versus 59—63 omnes ex Homeri carminibus sumpti sunt. Nam v. 59 a versu § 363 una voce differt (Συάδης pro Σύνεις), v. 60 est § 169, v. 61 est § 364, v. 62 est § 365, v. 63 est § 172. Quapropter hoc fere modo hunc locum interpolatum esse conicere licet:

v. 59.

Hymnus IV. qualis ab antiquo rhapsodo conditus erat, non quinque versus illos, sed tres ex iis continebat. Quos cum homo quidam Jliadis Odysseaeque gnarus legisset, ei in mentem venit in Homeri carminibus eosdem legi atque insuper ad eandem rem pertinentes alios duos. Itaque hos aut in margine adscripsit aut in textum q. d. inseruit. Insertis autem iis interpolator hymnum IV. adornasse nimirum sibi visus est. (cf. Guttm. l. l.)

V. 89 et 90 nonnullos scrupulos iniecerunt editoribus. Ac primum quidem eos id offendit, v. 89 et 90. quod torques, qui versu 88 ὄρμοι περικαλλέες vocantur, iidem versu 89 καλοί dicuntur. Haec profecto mire quam languida molestaque repetitio est; attamen nescio an hymni IV. conditor attribui possit; repetitionum enim molestarum plenissimus hic hymnus est. Tum verba ὡς δὲ σελήνη στήνεσιν ὁμφ' ἀπαλοῖσιν ἐλάμπετο difficultatem quandam attulerunt. Ea quidem non nimia esse videtur. Recte enim Baumeister „ipsam Venerem subiectum esse enuntiati“ iudicat. Sententia igitur haec est: 'Αφροδίτην ἐλάμπετο ὡς σελήνη sc. πέπλῳ φαεινοτέρῳ πυρὸς αὔγης (v. 86) et ὄρμοις .. (cf. hymni VI. v. 10. et 11. δειρῆ δ' ἀμφ' ἀπαλῆ καὶ στήνεσιν ἀργυφέοισιν ὄρμοισιν χρυσέοισιν ἔκσημεν). Quae neque intolerabilia sunt neque ab usu Homeri prorsus abhorrent, quippe qui λάμπεσθαι (et λάμπειν) τεύχεστι, λ. χαλκῷ, λ. πυρὶ et saepe dicat et nonnunquam hominibus attribuat. Atqui scrupulorum aliquid residet. Propterea Wakefieldii coniecturam non aspernor ad omnes scrupulos ex animo evellendos idoneam. Ille enim vir doctissimus (ad Lucret. 1,502) et versus 89. et 90. inter versum 86. et v. 87. interponendos et in versu 89. non καλοί, χρύσεις, παμποίκιλοι, sed καλόν, χρύσειον, παμποίκιλον scribendum esse censem. Sic in ordinem redacti

emendatique hi versus nihil, in quo offendaris, habent. Sic et illius repetitionis molestia funditus tollitur et verbis ὡς δὲ σελήνη .. ἐλάμπετο subiectum multo aptius quam Venus conciliatur, πέπλος videlicet. Πέπλος nempe φαεινότερος πυρὸς αὐγῆς στήθεσιν ἀμφ' ἀπαλοῖσιν ἐλάμπετο ὡς σελήνη. Itaque animus inclinat ut Wakefieldio cum Kaemmerero et Bothio assentiens in codicibus versus 89. et 90. locum cum versibus 87. et 88. permutasse (cf. v. 136 a et b) ideoque in vocibus καλὸν, χρύσειον, παμποίκιλον litteram ν in litteram τ mutatam esse arbitrer. Spurios esse eos utique nego.

v. 94—99. Ex versibus 97—99. versum 98. removendum esse supra demonstravi; de reliquis autem duobus et de versibus 94—96. dubitari potest utrum germani sint an subditi. Quibus quinque versibus omnibus electis non modo damni nihil fecerit, sed etiam multo melior facta erit Anchisae oratio, in quam neque ullam necessariam nec nullam alienam ineptamque rem hi versus addunt. Optime enim procedit oratio si versum 93., cuius vox extrema Ἀφροδίτη est, versus 100. continuo insequitur, pessime si inter eos versibus intercedentibus 94—99. inepte Anchises postquam nomen Veneris iam enuntiavit, non modo aliarum dearum nomina interponit, sed etiam postquam magnas deas protulit, ad gratias et nymphas descendit. Attamen valde dubito versus 94—97. et 99. ab hymni IV. conditore abiudicare, quippe quem permediocrem poetam fuisse satis constet. Neque eo quod quae versibus 95. et 96. de gratiis narrantur, cum Homero discrepant, ut eos ab hoc poeta abiudicemus cogimur. Nam hymnus IV. multo post Homerum conditus est. Eadem de causa cave credas ex voce ἡγεμονῆς haud dubie effici posse versum 94. esse subditum. Hos igitur versus 94—97. et 99. subditos esse affirmare non audeo,

v. 136. Versum 136. talem, qualem Baumeister in textum q. d. recepit, non hymni IV. conditor fecisse videtur, sed Ruhnkenius, qui — ut mea fert opinio — cum illum versum composit, antiqui poetae verba correxit, non restituit. Codices enim DFLM hos duos versus exhibent, quos perverso ordine in iis scriptos esse patet — ei nempe, ad quem litteram a) apposui, prior locus tribuendus erat — cf. v. 89. sq. —:

136.b) οὗ σφιν ἀεικελήν νυὸς [νύος DL] [γηὸς M] ἔσσομαι, ἀλλ' εἰκυῖα.

136.a) εἵ τοι [τιLF] ἀεικελήν γυνὴ ἔσσομαι ἡὲ καὶ οὐκέ.

Eosdem duos versus iisdem locis collocatos ii quoque librarii legerunt, qui codices Parisinos (ABC) scripsérunt, in quibus hic unus versus ineptissimus exstat:

οὗ σφιν ἀεικελήν γυνὴ ἔσσομαι ἡὲ καὶ οὐκέ.

Nam „Parisinorum lectio“, inquit Hermannus, „aperte ex aberratione oculorum ad vocem ἀεικελήν in altero versu nata est“. Fontes igitur (vel archetypum) omnium codicum nostrorum illos duos versus habuisse appetet. Quae cum ita sint, quid est quod eos repudiemus? Nec pugnant inter se nec quidquam aliud in iis invenitur quod displiceat nisi vocum ἀεικελήν et ἔσσομαι molesta iteratio, quae a more huius poetae minime abhorret. Quodsi cui molestior esse videtur quam ut ferri possit, alterutrum ex iis versibus eiici non veto, quoniam secundum exempla talia, qualia supra attuli, cogitari potest subditum esse alterutrum. Sed utrumque subditum, veram Ruhnkenii coniecturam esse argumentis parum confirmatum est. Quin etiam ut ambos versus genuinos esse putem animus valde inclinat.

v. 197—199. subditos esse etsi equidem non affirmo, cogitari tamen potest, quia supervacanei sunt. Quapropter cum dubitari possit num hymni IV. conditori ipsi imputandae sint, iis de rebus notabilibus, quae his in versibus reperiuntur, separatim disseram. Ac primum quidem v. 197. miram verbi formam habet

ἐκγεγάονται, cuius similem nusquam inveni ullam. Hoc enim loco ἐκγεγάονται nihil aliud esse potest nisi futurum derivandum a stirpe γέ—γχ. Verbi formae ab ea derivandae in scriptis, quae exstant,

alibi praeter legitimas perfecti et plusquamperfecti q. d. formas γεγά-ασι, ἐκ-γεγά-την, ἐκ-γεγά-μεν, γεγά-ώς, ceteras hae solae inveniuntur hisce locis:

in Homeri q. d. epigramm. XVI. v. 3. ἐκγεγά-ατε,

in batrachomyomachiae v. 145 (143) γεγά-ατε,

in antholog. pal. XV. 40. v. 20. ἐκγεγά-αντο.

Quas accurate perpendamus.

Formam γεγά-ατε a Graecorum sermone abhorrere patet; legitima forma est γέγά-τε (cf. οὐτάτε). Qua de causa utroque loco pro γεγά-ατε viri docti coniectaverunt γεγά-ασθε, quod pro γεγά-σθε e γεγά-σθε contracto scriptum esset distractione quam dicunt epica adhibita. At utroque loco codices omnes γεγά-ατε habent; codicis Vind. textu q. d. inepte γεγόνατε scriptum est, sed in margine γεγά-ατε. Nec minus mira forma γεγά-ασθε est quam γεγά-ατε. Nam verbum γεγά-σθαι e γεγά-σθαι contractione ortum neque usquam legitur nec satis similibus verbis fulcitur. Id enim esset praesens medii quod dicitur, derivandum a perfecto II. activi q. d., idemque valeret his certe locis atque perfectum illud γεγά-μεν. Una autem verbi forma ad verbi γεγά-σθαι formaeque γεγά-σθε similitudinem prope accedere videtur δεδά-ασθαι Od. π 316. At neque vim perfecti ea habet neque constat eam formam praesentis esse, quamquam perfecti infinitivus esse δεδα-σθαι non potest, cum neque talis infinitivus perfecti usquam reperiatur neque hoc loco perfectum ad sententiam conveniat — quapropter non licet conicere δεδά-σθαι coll. hy. III. v. 483 δεδαμένος —. Aoristi autem infinitivus esse potest δεδα-σθαι, quia et aoristi formam δεδά-ε Homerus habet et reperiuntur aoristi tales, quales sunt χεύασθαι, χέασθαι, ἀλεύασθαι, ἀλέασθαι, σεύασθαι, κῆναι, Hes. op. 747. δατέασθαι? (v. 1. δατέέσθαι), et a stirpibus reduplicationem q. d. continentibus nonnullis praeter aoristos II. q. d. aoristi I. q. d. derivati sunt ut a stirpe εἰπ (FeFen) εἴπατω, εἴπασθαι .. et a stirpe ἐν-εγκινένγκασθαι .. Accedit quod cogitari potest aoristi II. q. d. antiquissimam formam fuisse δεδα-σθαι (pro δεδα-σθαι), quam coniecturam in libello, qui inscriptus est „Eine neue Erklärung der sogenannten epischen Verdehnung“ proposui et probare conatus sum collatis formis πεπαλασθαι Od. i 331 et πεπαλασθε Od. η 171. Nunc vero coniectura incerta nihil opus est, cum satis certa argumenta protulisse videar, quibus efficiatur ut aoristi infinitivum esse δεδα-σθαι non modo facile cogitari possit, sed etiam veri simillimum sit.

Verbum γεγά-σθαι igitur, cum analogia q. d. destitutum sit, in sermone Graecorum nuncquam fuisse censenti noli opponere miram vocem

ἐκγεγά-αντο

in Anthol. pal. c. 40. v. 20., quae nullius momenti est nisi quod ex ista conicere licet ignotum fuisse verbum γεγά-σθαι. Quod si notum fuissest, versifex, qui istam metri causa finxit, vel ἐκγά-αντο potius scripsisset, opinor, vel ἐκγεγόνατο. Nam γεγά-αντο neque a verbo γεγά-σθαι derivari potest ullo modo nec quidquam aliud est nisi barbarismus propter metri difficultatem commissus Homeri imitandi causa. Quod ne mireris, considera, quaeso, quam plenum barbarismorum et qua aetate a quali versifice compositum istud anthologiae carmen sit. Cometas enim id consuit christianus byzantinus, qui idem anthologiae libri XV. carmina 36 – 38 fecit atque idem haec scripsit „εἰς τὴν ὑπ’ αὐτοῦ διωρθωμένην ‘Ομήρου ποίησιν“:

Σείο βίβλους, μεγάλημε, Κομητᾶς, “Ομηρε, δύ’ ἔρδην
εὑρὼν γηραλέας τεύξατο ὄπλοτέρας . . .

Εὔρὼν Κομητᾶς τὰς ‘Ομηρίους βίβλους
ἔφενταρμένας τε κούδαμῶς ἐστιγμένας
στίξας διεσμύλευσα ταύτας ἐντέχνως,
τὴν σαπρίαν βίψας μὲν ὅς ἀχρηστίαν,
γράψας δ’ ἐκαινούργησα τὴν ευχρηστίαν.

Is, qua ridicula flagrabat cupiditate imitandi Homeri, Homeri vocibus quam plurimis istud carmen exornare studebat. Itaque cum versui 20. verbum Homericum intexere cuperet, in mentem ei venit nimirum γεγάσαι Homero usitatum. Sententia autem perfecto q. d. repugnabat, postulabat praeteritum q. d. (aut plusquamperfectum aut imperfectum). Itaque ut forma et ad γεγάσαι proxime accidente et in quintum sextumque metri pedem quadrante uteretur, homo stolidus monstrum finxit

έκγεγάντο

pro legitima forma ἔκγέγάσαν. Nec veri non simile est, ad id audendum Cometae animum confirmatum esse reperta alicubi forma

γεγάστε.

Haec iam et in batrachomyomachia et in epigrammate pseudohomerico XVI. restituenda atque explicanda esse videtur. Ecce explicatio, quae ad omnes scrupulos ex animo evelundos sufficiat: Utroque loco perfecti forma γεγάστε neglectis coniugationis legibus e γεγάσαι ficta est et metri causa, in quod neutro loco legitima forma γέγάτε conveniebat, et Homeri imitandi causa et per iocum, opinor, ut ridicula imitatione risus moveretur. Ea enim aetate, qua illa carmina composita sunt, ex Homericis verborum formis cum multae tum γεγάσαι, γεγάμεν, id genus aliae iam desierant in usu esse et quasi mortuae erant. Per iocum autem et epigramma illud factum esse et multis batrachomyomachiac vocibus voces Homeri in risum deflexas esse constat. Cave igitur credas distractione q. d. epica adhibita formam γεγάστε scriptam esse pro forma praesentis γεγάτε e γεγάτε contracta et in usu fuisse verbum γεγᾶν, quod nunquam in usu fuisse pro certo habeo, quamquam ἄτε dicere pro ἄτε ex ἀτε contracto poetis nunquam licuisse ideo minime pro certo habeo quod non raro longa vocalis e duabus vocalibus brevibus contracta ita distrahitur ut altera vocalis producatur.

Quae cum ita sint, forma γεγάσται, quam si praesens γεγᾶν vel γεγάσθαι in usu fuisse, cum futuris epicis ἀντιών et διηρώ factis ex ἀντιστώ et διηράστω conferre liceret, iam nihil aliud esse potest quam futurum III. q. d. a perfecti stirpe (γέγα) derivandum. Atqui, ut Baumeisteri verbis utar, „omissum sigma in hoc genere futurorum, quae tertia dicuntur, et exemplis carere videtur et ratione“. Accedit quod nullum futurum III. q. d. derivandum a stirpe, quae in vocali desinit, eam vocalem brevem habet, in qua stirps desinit. Ergo futurum γεγάσται (ά) non minus analogia q. d. caret quam praesens γεγάσθαι vel γεγάω.

Quid denique relinquitur quod de mira illa forma statuamus? Iam nihil relinquitur nisi id quod Ilgenius intellexit eam emendandam esse. Quapropter Ilgenius in textu q. d. posuit ἔκγεγάστες, quo potius probatur mihi conjectura Baumeisteri ἔκγεγάσοντες (cf. κεχλήγοντες M 125. II 430. P 756. 757. μ 256. § 30 et La Roche ad M 125 et quae Baumeister adnotavit). Et mendum librarii inesse in γεγάσονται et auctorem versus 197. aut γεγάσοντες aut γεγάστες dixisse tribus argumentis confirmatur. Nam versus 197.

καὶ παῖδες παῖδεσσι διαμπερές ἔκγεγά

ex Iliadis versu factum esse patet Υ 307.

καὶ παῖδες παῖδων, τοί κεν μετόπισθε γένωνται.

His cum verbis (τοί κεν μ. γ.) consentit participium ἔκγεγάσοντες, non consentit ἔκγεγάσονται.* Supplendum est verbum ἀνάξουσι ex praecedente verbo ἀνάξει et in versu 197 (emendato) ex versu 196. et in v. Υ 307. ex v. Υ 306. Haec supplendi necessitas fortasse interpolationis causa fuit. Nam ob eam facile fieri potuit ut interpolator γεγάσονται pro participio scriberet eo con-

*) Verbum ἔκγεγάσθαι dativo iunctum est et Σ 115. et aliis locis.

silio ne versus 197 verbo finito q. d. careret. Accedit quod veri simillimum est interpolatorem legisse ἐκγεγάοντες, formam et insolitam et ad ἐκγεγάονται prope accendentem. Participium autem quadrare, verbum finitum non quadrare hunc iu locum vel ex eo appareat quod, ut Ilgenii verbis utar, „Venus non praedicit Anchisae numerosam eum per Aeneam posteritatem habiturum, sed posteritatem ipsius per Aeneam ad regni honores perventuram.“ Praeterea miram vocem γεγάονται a Graecorum sermone abhorrire probatum est.

In versu 199. viros doctos offendit vox ἔνεκα, cuius tollendae causa varias conjecturas protulerunt, quarum multitudo facile augeri potest (velut hac: ὅτι φα). At nescio an conservandum sit hoc loco ἔνεκα pro οὔνεκα dictum. Dictum enim est pro οὔνεκα a poetis inferioris aetatis ut a Callimacho et εἴνεκεν et ἔνεκα atque etiam a Pindaro, si codicibus confidendum est, quod equidem haud affirmaverim, Isthm. 7, 33. εἴνεκεν (cf. Baum.) Neque constat quanam aetate ἔνεκα sic dici coeptum sit. Illos autem versus (198. et 199.), de quibus nunc quaerimus, non antiquos esse appetit. Quin etiam infima aetate multo post Callimachum in hymnum IV. eos insertos esse cogitari potest. Quid ergo est quod versum aliquanto post Homerum a mediocri poeta factum ita corrigerem studeamus ut Homero dignus fiat? Neque hoc repugnat voci ἔνεκα quod versus praecedens οὔνεκα habet. Iterationes enim molestas hoc in hymno permultas reperimus.

In versu 221., si versus 223—240. vel — 246. eiciantur, in locum vocis ζώειν non modo substitui possit, sed etiam, opinor, restituendum sit ἀγήραον vel ἀγήρων, quod et in versu 214 legitur et his in versibus: Θ 539. M 323. ε 136. η 94. 257 ψ 336, quorum imitatio in versibus hymni 214. et 221 aperta et manifesta est. Versus autem 223.—240. vel 223—246 subditos v. 223—246. esse suspicari licet propterea quod et salvo orationis contextu seiungi reicique possunt et satis recentioris aetatis indicia praebent. Quapropter his quoque de versibus separatim disseram. Ac primum quidem ea, quae his versibus narratur de Tithono fabula ab Homero abhorrens (cf. Δ 1. et ε 1.) aliquanto post Homerum facta est. Tum notabile est versus 229. alterum hemistichium

εὐηγενέος τε γενείου.

Permiram enim vocem εὐηγενῆς praeter hoc hemistichium quattuor tantum loci habent: Δ 427 (εὐηγενέος Σώκοιο), Φ 81. (Τρώων εὐηγενέων), Theocr. 27., 41 vel 42. (ἐξ εὐηγενέων sc. γονέων), Anthol. app. 51, 29. (εὐηγενέσσι γερᾶσ!) iisque omnes de hominibus dictum. Apparet autem eam idem valere atque εὐγενῆς, quod in antiquis carminibus epicis („ον exceptis hymnis Homericis) nusquam reperitur, et ἡγενῆς, quod duobus tantum locis eorum legitur: Hes. th. 135 et hy. IV. v. 94, utroque loco deae Themidi attributum. Corporis parti attributa, nisi in illo hemistichio, his ex vocibus nulla reperitur apud scriptores antiquiores Euripide, qui εὐγενῆ παρηδά Jon. 242. et εὐγενῆ δέρη Helen. 135. ita dicit ut εὐγενῆ fere idem valeat atque εὐφυῆς. Neque haec significatio verbi ea esse videtur, in qua natum est εὐγενῆς. Nam quamquam scholia BL ad Δ 427. εὐηγενέος sic interpretantur: τοῦ τῷ σώματι εὐφυοῦς, tamen hanc interpretationem ex usu recentioris aetatis fluxisse, apud antiquos epicos (excepto illo hemistichio) ἡγενῆς et εὐηγενῆς fere idem valere atque „nobili genere natus“ vel „illustris“ et ad vim nostratis vocis „wohlgeboren“ proxime accedere persuasum habeo. Sic nempe vocem εὐηγενῆς et pseudotheocritei carminis illius conditor et anthologiae carminis illius scriptor acceperunt, quos ex Iliade, non ex sermone populi eam sumpsisse nemo non videt. Ergo is, qui illud hemistichium fecit, vocibus εὐηγενῆς et εὐγενῆς vim subiecisse videtur talem, qualis Homeri Hesioidique temporibus in iis nondum fuit. Formam autem εὐηγενέος ab eo quoque ex Iliade sumptam esse appetit. Sed quid de illa forma permira statuendum est? Quae, quod sciām, nondum enodata est. Ne hoc quidem constat, utrum ea ab Homero ipso usurpata an nihil aliud praeter mendum librarii vel commentum interpo-

v. 199.

v. 221.

v. 229.

toris sit. Homerum enim utroque Iliidis loco usum esse voce εὐηφενής, non sine causa J. Bekker coniecit (cf. ῥηφενή apud Callimachum, ῥηφενή apud Dion. Perieg., scholia A ad Ψ 81). Quae cum ita sint, in hymno quoque IV. dubitari potest num lectio vera sit εὐηγενέος. Accedit quod omnes codices hoc loco εὐγενέος (claudicante metro) habent excepto uno M. In eo autem εὐηγενέος „non meliore fonte propagatum“, ait Baumeister pg. 95, sed „a correctore doctissimo .. profectum“ exstare. Proinde, cum εὐηγενέος hic non multo plus auctoritatis quam coniectura veri similis habere videatur, has contuearis coniecturas meas:

- 1.) εὐηφενέος τε γενείου (ex magna barba vel ex mento bene barbato) et
- 2.) γενύν τ' ἔξ ἡγενείων et

3.) γένυός τ' ἔξ ἡγενείου, quae verba neque ab Homero, quamquam numerus singularis vocis γένυς apud eum non legitur, ita abhorrent et facile una littera mutata ut γένεος pro γένυος scriberetur, ineptissima fieri, deinde a correctore in ἡγενέος τε γενείου vel etiam in εὐηγενέος τε γενείου mutari poterant. Sed illas coniecturas (1. et 2.) non flocci, hanc (3.) non magni facio; hoc unum efficere volui ut intellegas quam lubricus hic locus sit, et voci εὐηγενέος nimis confidere caveas. Nam quamquam eum, qui hymnum IV. condidit, vel eum, qui hanc partem eius fecerit, ipsum illam vocem ex Iliade et Homerum imitandi et metri causa sumpsisse veri simile est, certum tamen non est.

v. 245.

Deinde in versu 245. notatu dignum est

νηλειές.

Homerus enim saepissime et νηλεῖς et νηλῆς dicit, nunquam dicit νηλειής. Neque ullo alio loco legitur νηλειής praeterquam in Apollonii Rhodii versibus quibusdam et Hes. th. 770. Ea autem theogoniae illius pars, quaē hunc versum continet, ex sententia virorum doctissimorum non antiquitus ab Hesiodo, sed a poeta recentioris aetatis composita est (cf. Bergk. „griech. Litteraturgesch.“ pg. 985 sq. „Man erkennt deutlich, wie die Beschreibung des Tartarus in verschiedenen Bearbeitungen vorliegt . .“) Quae cum ita sint, veri simillimum est vocem νηλειής nunquam in sermone populi fuisse, sed inferioribus demum temporibus, quibus multae voces Homericæ iam in usu esse desierant et quasi mortuae erant, et Homerum imitandi et metri causa a poetis fictam esse. Nam Homerus dixerat et X 110. ἐνκλειῶ; pro εὐκλεῶ; et H 117 ἀδειής pro ἀδεῆς et K 376 et O 4, si et analogiae q. d. et aliquatenus codicibus, qui δέους*) exhibent, confidentum est, δέει ενς pro δέεος et id genus alia. Propterea inferioris aetatis poetae sibi hoc sumebant ut similiter eademque ratione, ut opinabantur, atque Homerus alias voces ad libidinem mutarent, cum Homerum imitantes optimo iure eas immutare sibi viderentur, quippe qui ignorarent formas illas Homericas ἐνκλειῶ;, ἀδειής, δέος.. non ad libidinem metri gratia factas pro εὐκλεῶ;, ἀδεῆς, δέους.., sed his antiquiores et ex primis vocum formis legitima ratione ortas esse, ut ἐνκλειῶ; ex ἐν-κλεF-έως, ἀδειής ex ἀ-δέείς, δέος ex radice δέει.. Νηλειής autem vocem pariter atque illas ex prima vocis forma ortam et perantiquam esse haud credendum est nisi — id quod vix sperare possumus — etymologia q. d. nihil dubii relinquente probatur.

v. 246.

Denique v. 246 vocem καματηρός habet, quae alibi apud nullum auctorem Herodoto antiqiorem legitur. Accedit quod voces in ηρός desinentes apud Homerum omnino non leguntur praeter has duas: ὄτρηρός et ἀταρτηρός, in quibus littera η non perinde atque in voce καματηρός suffixis q. d., sed verbi stirpi tribuenda esse videtur, quia in voce ὄτρηρός (cf. τρήρων) stirpem verbi τρέω, in voce ἀταρτηρός reduplicatam radicem ταρ inesse veri simillimum

*) Pro δέους, quod non minus quam δέους a sermone Homeri abhorret, locis allatis aut δέεις aut δέεος aut δέεος contractum e δέεος restituendum est. Nominativum δέος Hermannus restitui vult hymn. IV. 194.

est. Saepe usurpavit Apollonius Rhodius et vocem καματηρός et vocem νηλειής.

Nihilominus valde dubito num v. 223—246 a conditore hymni IV. abiudicandi sint. v. 223—246. Satis enim cum eius consuetudine consentiunt, praesertim eo, quod permulta more eius proprio ex Iliade Odysseaque sumpta habent. Nec minus quam alibi ille eius mos Homerum imitandi in versibus 241—246 apparet, in quibus iteratio quoque talis, quam eius propriam esse constat, notanda est. Aetatis autem aliquantum ab Homero distantis vestigia in omnibus hymni IV. partibus reperimus.

Multo vero suspectiores quam v. 223—246. sunt v. 259—277, ex quibus v. 276. et 277. v. 259—277. iam supra removi, reliquos, cum et omnes salvo orationis contextu eici possint et mirarum rerum pleni sint et illo more Homerum imitandi atque, dummodo v. 273—275. ex iis segregentur, illo iterationis genere careant, omnes subditos esse suspicari licet. Nullo autem negotio versus 273—275. a reliquis seiungere atque ut reliquos removeas, nihilominus vel illos tres omnes vel versus 274. et 275. vel versum 273. retinere potes. Quapropter de versibus

259—272.

v. 259—272.

separatim disseram: In versu 259. mira illa sententia profertur, de qua supra exposui (pg. 2). In v. 260. ἀμβροτὸν εἶδαρ haud ita offendit, quoniam Homerus et ἀμβρόσιον εἶδαρ et ἀμβρόσιον ἔλαιον et ἀμβροτὸν ἔλαιον dixit. — In v. 261. nescio an pro ἀδανάτοισι καλόν restituendum sit atque Ω 616, ubi scholia id interpretantur ὀρχήσαντο. — In versu 262. Σειληνός indicium est notatu dignissimum aetatis aliquantum ab Homero distantis. Neque enim Σειληνός nec Σάτυρος neque in Iliade neque in Odyssea neque in hymnis Homericis alibi neque in carminibus Hesiodi quae dicuntur, usquam commemorantur praeterquam Σάτυροι in fragmentis Hesiodi q. d. Plurale autem nomen Σειληνός inferioris etiam aetatis est quam unus Σειληνός. At eum, qui hunc versum fecit, Σειληνός dixisse, librarios et in i mutasse conici potest. — Pro τε καὶ εὔσκοπος, quae Baumeister tuetur, Hermannus καὶ εὔσκοπος reponi vult. Utra lectio vera sit vereor ne diudicare nequeamus. — In versu 263 σπέιων ἐροέντων notabile est. Homeri enim usui σπέων ἡεροέντων magis convenire videtur, quoniam apud Homerum neque raro σπέος ἡεροειδές neque usquam vox ἐρόεις legitur. At apud eum et νοξ ἐρός aliaeque voces eiusdem generis vel stirpis usitatissimae sunt et haec leguntur verba μ 80. ἄντρον ἐπήρατον ἡεροειδές, ad quae et ἄντρῳ ἐν ἡεροέντι hymn. III. 359. et σπέιων ἐροέντων prope accidunt. Γέgo de hoc versu ex voce ἐρόεις ita usurpata vix quidquam cogi potest, quamquam ea in hymnis Homericis inferioris aetatis III. 31. et XXXII. 20. reperitur, apud antiquissimos epicorum non reperitur nisi in Hes. th. 245. 251. 357. — In versibus 264—272 eadem nymphae, quae in versu 257. δρεσκῶν appellatae sunt, ita describuntur ut in numero dryadum vel potius hamadryadum*) cum singulis arboribus arte cohaerentium habendae sint, quarum notio certe apud nullum scriptorem Pindaro antiquorem reperitur nisi hi versus Pindaro antiquiores sunt.

Versus 267. et 268. editoribus nonnullos scrupulos iniecerunt, quibus commotus Bau- v. 267. 268. meister eos uncis inclusit. Ac primum quidem suspicionem movit asyndeton, quo versus 266. et 267. coniuncti laborant, sive ante vocem καλαί sive ante ἐν sive ante ἑστῶσ' punctum ponitur. Deinde ἡλίβατοι apud Homerum πέτραι dicuntur, nusquam arbores, quibus hoc epitheton attribui etiam etymologia eius vetare videtur. Denique ε, quod hoc loco aut ad ἦ ἔλάται ἡε δρύες —

*) De hamadryadibus disseruit Lehrsius in libro, quem inscripsit „Populäre Auffäße...”, pg. 114 sq. Vox ἀμαδρυάς in nostratem sermonem versa est mit einem Baume zusammenlebende Baumnympha, vox δρυάς est Gröhölg- nympha vel Walbnymphe, fortasse etiam Baumnympha, non est „Eichin”, cf. v. 264 et δρῦς in lexicis a me scriptis.

ut arbores τεμένη appellatae sint — aut ad οὕρεσι referendum est, nullo alio loco pro plurali positum invenitur. Tamen hos versus, etiam si tota haec fabula hamadryadum ab hymno IV. aliena sit, hac ex fabula nequaquam reiciendos esse censeo. Etenim his Frankii verbis assentendum est: „quod illae arbores in sacris tantum lucis reperiebantur, quod idcirco non succidebantur, magnum illud in hac descriptione momentum habet et commemorari debebat, quia sic tandem cavebatur ne vita nympharum vi posse opprimi et extingui videretur“, et ea, quae his in versibus offenderunt, et emendatione tolli et quodammodo defendi possunt. Nam conicere licet vel versus 266. et 267. haec habuisse verba:

καλαί, τηλεωάουσαι, ἐν οὕρεσιν ὑψηλοῖσιν

ἕστᾶσ' ἡλιβάτοι (id quod Baumeister coniecit) vel potius ἕστᾶσ' ἡλιβάτοις ut ἡλιβάτοις ad οὕρεσιν referatur (οὕρεσα ἡλιβάτα Apollonius Rhodius dixit)

vel — id quod minus placet —

— καλαί, τηλεωάουσαι. ἐν οὕρεσι δ' ὑψηλοῖσιν

ἕστᾶσ ἡλιβάτοι vel potius ἕστᾶσ' ἡλιβάτοις

vel etiam, quo omnes scrupuli funditus eximantur, (ex coniectura Baumeisteri) „lacunam ante v. 267“ et (ex coniectura mea) post ὑψηλοῖσιν haec fere restituenda esse:

267 b)

πέτραι δὲ μεγάλαι πάντῃ (vel κύκλῳ) περὶ οἰρὸν ἄλσος vel οἰρὸν περὶ χῶρον

ut et asyndeton tollatur et ad πέτραι referatur ἕστᾶσ' ἡλιβάτοι et ad ἄλσος vel χῶρον referatur ε.

Defendi autem ea, quae offenderunt, omnia possunt propterea quod neque asyndeton molestum hoc in carmine permirum est neque exempla desunt, quibus probetur poetas inferioris aetatis voces Homericas nonnunquam perverse usurpasse nec veri non simile est hos versus a scriptore multum ab Homeri aetate distante factos esse neque ē pro plurali positum analogia q. d. prorsus caret. Etenim νῦν nonnunquam pro plurali positum et ρ 268 μῦν ad δώματα κάλ' Ὁδυσῆος referendum est et x 212 μῦν ad δώματα Κίρκης referendum esse videtur. — M 285 μῦν, ne ad γιφάδες referatur, ad χιόνος refertur.

v. 270.

In v. 270. ἀξάνεται notabile est, quia verbum ἀξάνω hoc uno loco reperitur. At non solum apud poetas Alexandro magno posteriores ἀξάνω, sed etiam λ 587. καταζήνασκε legitur nec raro apud Homerum ἀξάλεος, η, ον (δρῦς, ὄλη, δρός, βοῆ H 239., quo loco βῶν non pro βῶν possum, sed e βοῆν, hoc autem e βοῆν contractione factum esse in lexicis a me scriptis explanavi). Accedit quod num ἀξάνω antiquius quam ἀξάνω sit, eo magis dubium est, quod formam ὀλισθάνω antiquiorem esse quam ὀλισθάνω paene certum est. Quae cum ita sint, quamquam formam ἀξάνω hoc loco metri causa pro ἀξάνω fictam esse, in usu nunquam fuisse cogitari potest, certi tamen nihil ex ea sola cogi potest.

v. 271.

In v. 271. aut ἀμφὶ περιφεύνει aut ἀμφὶ περὶ φεύγει pro ἀμφιπεριφεύνει caesurae causa restituenda sunt. Neutra a sermone Homeri abhorrent, quippe qui et ἀμφὶ περὶ et φεύγει περὶ usurpet.

V. 280. etsi non necessarius est, pro genuino tamen habendus est. —

5.

Hymni IV. versibus suspectis omnibus commemoratis iam e reliquis rebus permiris eas explicabo, quae ab usu sive antiquorum epicorum sive omnium Graecorum adeo abhorrere vi-deantur ut emendatione potius tollendae quam pro hymni IV. propriis habendac sint:

v. 125.

In v. 125 forma attica ἔδόκουν, non epica ἔδόκεν usum esse hymni IV. conditorem, quem et sermonis Homerici bene gnarum constat et in coloniis Asiae litus attingentibus

ionicis aeolicisve carmina pronuntiasse veri simillimum est*), mihi persuadere non possunt librarii parum diligentes parvaque fide digni. Quin etiam in versu 369. hymni V., qui manifesta inferioris aetatis indicia praebet et attico poetae non sine causa tribuitur**), forma attica τε λοῦντες librariis deberi, epica τελεῦντες restituenda esse videtur, praesertim ideo, quod in eodem hymno εο νυσquam alibi in οὐ contrahitur, compluries in εὐ ut 64. σεν, 181. ἡγεῦνδ'. Multo minus vero in Iliade Odysseave antiquitus legem illam contractionis usquam violatam esse credo. Neque enim antiqua dialectus aeolica nec dialectus ionica neque antiqua poesis epica εο unquam aliter quam in εὐ contraxit nisi forte Homerus ipse parum sibi constitut his tribus locis; v 78., ubi pro ἀνερρίπτουν ἄλα, quod editiones omnes habent, aut ἀνερρίπτευν ἄλα (vel ἀνερρίπτεον σάλα vel ἄλα) aut — id quod multo veri similius etiam est, ἀνέρριπτον σάλα (vel ἄλα) restitui necesse est, et K 376. et O 4., quibus locis pro δεῖναις aut δεῖεναις aut δεῖεος aut δεῖος (genitivum contractum e δεῖεος) restituendum esse appetet.

In versu 204. pro θεοῖς ἐπιοινοχοεύοι (M. ἐπιοινοχοεύειν) restituenda esse censeo θεοῖς ἔπι οἰνοχοεύοι propterea quod neque unquam alibi verbum ἐπιοινοχοεύω legitur neque apud Homerum ullum verbum eius simile reperitur, ἔπι autem et metri gratia ab οἰνοχοεύοι seiungendum esse videtur coniungendumque cum vocabulo θεοῖς accentu in ἐ posito, et ad θεοῖς referri potest ita ut θεοῖς ἔπι sit apud deos, quamquam Baumeister hacc contra dicit: „Praepositio, quam Barnesius ad θεοῖς referri voluit, nihil aliud significare potest nisi hoc ἔπι τῇ Ἡβῃ simul cum Hebe. Nam verbum simplex dativo iungitur, A 597“. At A 598. οἰνοχόει reperitur, non reperitur οἰνοχοεύω, quod non idem valet atque οἶνον χέω, sed est vini ministri munere fungor (cf. B 127. Y 234. α 243. φ 142.) neque ullo Homeri loco dativo iungitur nisi scholia iure Διονύσιον referunt Y 234 [τὸν καὶ ἀνηρεύψαντο θεοὶ Διονοχοεύειν], quo loco metri gratia Διονύσιον (sīlē Ζεὺς) ab οἰνοχοεύειν seiungendum et ita interpretandum esse videtur ut sententia sit haec fere: ἀνηρεύψαντο θεοὶ Iovis commodo inservientes eiusque voluntati obsequentes, ut Ganymedes vini ministerio fungeretur. Hoc autem loco hymni IV. si nihilominus οἰνοχοεύοι dativo iungi mavis, hymnographum haec dixisse putes: θεοῖσιν Φοινοχοεύοι et interpolatorem ἔπι metri causa inseruisse, cum F omissum esset. —

v. 204.

Fabula illa de Ganymede rapto in Iliade et breviter strictimque ut nota et pervulgata attingitur versibus E 265. et 266. et narratur versibus Y 231—235., quos hymni IV. conditorem cognovisse et aliquatenus imitatum esse veri simillimum est. Neque enim dubito quin verba τοῦ ἀνθαύτοισι μετεῖη in v. 203. ex Y 235. sumpta sint, neque cum Y 234. non consentiunt verba Ζεὺς ἥρπασεν in v. 202. et 203. Nam ἥρπασεν hoc loco non est ipse manu sua corripuit, sed iubendo effecit ut Ganymedes raperetur. Haec autem verba ἀνήρπασε θέσπιας ἄελλα in v. 208., quae Matthiaeus bene explicavit, si cum Y 234. pugnarent, non minus pugnarent cum his Ζεὺς ἥρπασεν in v. 202. et 203.

In versu 252.

v. 252.

στοναχήσεται

emendandum esse inter omnes constat, sed quid scribendum sit diiudicari vix potest. Veri simillimum omnium emendationem

στόμ' ἀχήσεται

Ph. Buttmannus proposuit, qui ut eam confirmaret, in lexil. II. pg. 103. sqq. et Hesychii verba

*) cf. quae R. Thiele exposuit l. l. pg. 77 . . .

**) cf. quae Baumeister adnotavit pg. 278.

„μεγαχήσεται“) μέγα βοήσει“ attulit et hymni V. versus 479. verba οὐτ' ἀχέειν**) et verba ἐπιπροχέουσα χέει in v. 18. hymni XIX., quo loco vocem χέει ex τ 521. irrepsisse coniici potest, Baumeister fisi pro χέει scripsit, Buttmannus cum Ilgenio verba ἐπιπροχέουσα ἀχέει restituenda esse non sine causa censuit. Propterea ille vir ingeniosissimus statuit in sermone Ionum veterum praeter Homericum illud ἀχέω (ᾳ), cuius altera quoque forma ἀχεύω (ᾳ) exstat, fuisse diversum ab eo verbum ἀχέω (ᾳ), quod idem atque ἡχέω valeat; hoc ἀχέω (ᾳ) etiam antiquius esse quam ἡχέω. Ad locos a Buttmanno allatos addantur hi: H 267 (περιηγησεν) et hymni V. v. 38 (ἡχησαν), quibus locis non liquet utrum ἡχησα ab ἡχέω derivandum sit an ab ἀχέω (ᾳ). Alibi enim non solum hoc ἀχέω (ᾳ) nusquam, sed ne ἡχέω quidem neque in Iliade neque in Odyssea neque in hymnis Homericis reperitur, quamquam vocabulum ἡχή in Iliade Odysseaque usitatum est. Etymologia autem verbi ἡχέω incertior est quam ut ex ea effici possit non potuisse pro eo in usu esse ἀχέω (ᾳ). Fickius in libro, quem inscripsit „Vergleichendes Wörterbuch der indogerman. Sprachen“. II. ed. pg. 489 derivat ἡχέω ab obscura radice vâk. At nescio an ab ea radice vâk „ὑρέθην“, quam Fickius iure statuit pg. 176., et ἀχέω (ᾳ) et ἡχή et ἡχέω non minus derivari possint quam ἡχέω a vâk, ut et ἡγέρμαι et ἄγω (ᾳ) ab ἄγ (ᾳγ) derivantur. Sed haec omnia incertissima sunt.

Martini coniecturam στόμα χείσεται tuerunt Hermannus, Lobeckius, Baumeister, impugnat cum Rubnkenio Buttmannus, qui verbum χανδάνω, cuius futurum est χείσομαι (e. χένδ — σομαι, σ 17.), nusquam idem atque χάσκω valere contendit. De verborum χάσκω, χάίνω, χανδάνω vi et etymologia legas, quaeso, ea, quae in lexicis a me scriptis dixi. Ex iis sequitur certo exemplo non probari, sed tamen cogitari posse verbis στόμα χείσεται ἔξονομῆναι hacc fere significari: os ita hiscet ut capiat τὸ ἔξονομῆναι vel os hians capiet τὸ ἔξονομῆναι (cf. χανδάνω b in lexicis a me scriptis). Neque ideo improbanda est Martini coniectura quod codices non χείσεται habent, sed χήσεται. Nam facile accidere potuit ut librarii H pro EI scriberent, quia antiquissimis temporibus E et pro H et pro EI per productionem nato ex E scribebatur. Quapropter veri simile est hoc loco antiquissimum librum hasce habuisse litteras: ΣΤΟΜΑΧΕΣΕΤΑΙ, quibuscum et στόμ' ἀχήσεται et στόμα χήσεται et στόμη χείσεται consentiunt. Atfamen potius στόμα χήσεται quam στόμα χείσεται restituendum esse cum Buttmanno propterea censeo quod χείσομαι futurum verbi χάσκω esse potest. Hoc futurum quando in usu fuisse non ideo pro certo negare licet quod verbi χάσκω praeter χάνομαι non reperitur aliud futurum. Neque enim χανοῦμαι apud ullum auctorem Aristophane antiquiore reperitur et in etym. magn. 811. 2^o. haec leguntur: χήσω παρὰ τὸ χῶ τὸ χορῶ. Χῶ autem (e χάω videlicet contractum) a grammaticis ad verba χάσκω et χανδάνω derivanda fictum est***).

Quod autem Matthiaeus coniecit, στόμα τλήσεται, quamquam correptio attica q. d. in hymno IV. quater occurrit, improbandum esse videtur, quoniā nimis a litteris codicum recedit. Propius ad eas accedit quod Ilgenius in textum q. d. recepit, στόμα λήσεται; at λήσομαι nullo loco legitur quo futurum esse possit verbi λάω eius quod idem fere valet atque ἔνδελω. Minus etiam placet et altera Ilgenii coniectura στόμα πείσεται et Clarkii coniectura στόματ' ἔσσεται. —

Cum multa librariorum mendis interpolationibusque ita vitiata ut a metro epico abhorreant, in codicibus inesse appareat, cuiusmodi nonnulla exempla satis manifesta supra protuli (3. pg. 3—4), non dubito quin et in hymni IV. versu 13. τε καὶ ὄφμα pro καὶ ὄφμα et in v.

*) pro quo aut μέγ' ἀχήσεται aut μέγα χήσεται restituendum est.

**) sic cod. M.; οὔτε χανεῖν Ilgenii coniectura incertissima est.

***) cf. χώρα in lexicis a me scriptis.

113. τε καὶ ἡμετέρην pro καὶ ἡμετέρην et in v. 237. φέσι ἀσπετος pro φεῖ ἀσπετος restituenda sint. Lex enim constantissima est versibus heroicis ut in thesi q. d. vocalis longa, in qua vox desinit, corripiatur ubicumque vox subsequens vocali incipit. Ii autem loci, quibus illa lex ab Homero neglecta esse videtur, sine dubio aut consonante (ut F, j, σ) inserenda aut alio modo emendanda sunt. Idecirco, cum ex iis locis perpauci a viris doctis nondum enodati essent, hos in lexicis a me scriptis omnes emendare studui. — In versu 276. versificem, qui eum fecit, ipsum id peccasse, quod Barnesius inserta voce κε inter ὄφρᾳ et ταῦτα correxit, ideo cogitari potest quod versus ille subditus est. — In v. 9. Matthiaeus recte, opinor, οὐ γάρ οἱ ἀδεν scripsit pro οὐ γάρ οἱ εὔαδεν, quae ab usu Homeri ideo abhorrent quod γάρ apud eum subsequente voce οἱ (Fοι) propter digamma producitur. Digammatis autem vestigia in hymno IV. nonnulla reperiuntur ut in v. 10., qui certissimum eius indicium habet hoc quod καὶ subsequente voce ἔργων (Fέργων) non corripitur, et in v. 82., in quo καὶ subsequente voce εἰδός (Fεῖδος) non correptum est nisi forte μέγεδος τε καὶ, quae codices ABC pro μέγεδος καὶ habent, non interpolata sunt, et in v. 181. nisi forte quae codex M. habet ως δ' εἰδεν pro ως δὲ ιδεν (Fίδεν) non interpolata sunt. Quin etiam illa verba οὐ γάρ οἱ εὔαδεν vestigio digammatis non carent. Quae cum ita sint, conicere licet hymni IV. conditorem versus 9. et 10. sic pronuntiasse:
 οὐ γάρ Φοι Φάδε Φέργα πολυχρύσουν Ἀφροδίτης,
 ἀλλ' ἄρα Φοι πόλεμοι τε Φάδον καὶ Φέργον Ἀρηος. cf. R. Thiele l. l. pg. 34 sq.

6.

Iam iis versibus, qui suspecti sunt, et locis sine dubio emendandis omnibus prolati hymni IV. spectemus quibus verbis et rebus verae eius partes cum Homero consentiant et quibus ab illo differant.

Consentit hymnus IV. cum Homero et eo, quod digammatis vestigia praebet, et multis antiquis vocibus vocunque formis usurpati, ut forma ἔρος in v. 91. et 144., quae apud Homerum ubique pro ἔρως aut legitur aut restituenda est, et multis vel ex Iliade vel ex Odyssea sumptis aut versibus aut hemistichiis integris. Eiusmodi imitationis exempla haec intuearis:

In versu 25. haec verba ἀλλὰ στερεῶς ἀπέσειν ex I 510 (καὶ τε στερεῶς ἀπ.) sumpta sunt. Versus 35. est Odysseae t 521. — Verba Ζεὺς ἄφθιτα μῆδεα εἰδάς eadem, quae v. 43. habet, reperiuntur Ω 88 et Hes. th. 545. — V. 58—63, ex quibus duo eiciendi esse videntur, omnes Homeri sunt (Σ 363—365 et Ε 169 et 172). — V. 68 est Iliadis Θ 47. — In v. 77 Σεῶν ἀπὸ κάλλος ἔχοντα sumpta esse videntur ex Σ 457. Σεῶν ἀπὸ κάλλος ἔχουσα. — V. 98 est Υ 8 exceptis verbis η̄ τις pro οὐτ' ἄρα. — V. 99. est Υ 9. ζ 124. — V. 105 est κ 498. — V. 109 est π 186 excepta voce ἀνανάτησι pro ἀνανάτοισι. — In v. 111. εἴπου ἀκούεις sumpta esse videntur ex ο 404. — V. 118 est ΙΙ 183 exceptis verbis ἐκ χοροῦ pro ἐν χορῷ. — In v. 120. ἀπέριτος ἐστεφάνωτο sumpta sunt ex x 195. — In v. 132 verbis οὐ μὲν γάρ κε κακοὶ τοιόνδε τέκοιν poeta imitatus est δ 64 οὐ κε κακοὶ τοιούνδε τέκοιν. — In v. 139 verba χρυσόν τε Φάλις Φεστιήτα Σ ὑφαντήν sumpta sunt ε ν 136. π 231, in v. 140 καὶ ἀγλαὰ δέκται ἀποινα ex A 23. — V. 143 est Γ 139. — V. 163 est Σ 401. — Versu 177. hymnographus parum apte imitatus esse videntur K 159. — V. 184 est χ 311. 343. 366. — V. 193 est δ 825 excepta voce σῆσι pro πάγχυ. — Versu 194. poeta ε 347 imitari videntur. — In v. 203. verba ιν' ἀνανάτοισι μετείη ex Υ 235 sumpta sunt. — V. 214 exceptis verbis ως ζοι pro εἴη est Θ 539, nisi forte verba ισα Σεοῖσι, quae codex M. et margo codicis L. habent, non interpolata sunt pro ηματα πάντα, quae codices ABCDFL habent; cf. ε 136. η 94. 257. ψ 336. Μ 323 et quae Ilgenius adnotavit. — In v. 215. verba ἐπειδὴ Ζηνὸς ογ' ἔκλυεν ἀγγειαίων sumpta sunt ex ε 150 exceptis ογ' ἔκλυεν pro ἐπέκλυεν; in v. 248. ηματα πάντα διαμπερές ex ΙΙ 499; in v. 253 πολλὸν ἀσθηγη ex T 113; in v. 255 βροτῷ εύηηθεῖσα ε Β

v. 25.

821; in v. 285. ὅρος καταειμένον ὥλη ε ν 351. ν 431.; in v. 288. βαλέει ψολόεντι κεραυνῷ ex ψ 330
ἔβαλε ψολόεντι κεραυνῷ; in v. 290. et ἵσχεο μηδ' ὀνόματιν — codices habent ὀνόμηνε!! — ex λ
251 — ἵσχεο μηδ' ὀνομήνης — et θεῶν δ' ἐποπίζεο μῆνιν ex ε 146 Διὸς δ' ἐποπίζεο μῆνιν.

Accedunt in versibus 223—246 haec: In v. 223 verbis νηπίῃ οὐδ' ἐνόησε μετὰ φρεσὶ¹
poeta imitari videtur E 406 νήπιος οὐδὲ τὸ Φοῖδε κατὰ φρένα; in v. 224. verbis ξύσαι τ' ἄπο
γῆρας I 446 γῆρας ἀπαξίσας; in v. 225. verbis ἔχεν ἥβη Σ 512 ἔχε γῆρας — cf. v. 274 ἥλη ἥβη.
— In v. 229 εὐγενέος, de quo supra disserui, ex Iliade sumptum est. In v. 233. κατὰ γῆρας
ἔπειγεν sumpta sunt ex Ψ 623 κατὰ γῆρας ἐπείγει. — V. 234 est Σ 298 excepta voce δύνατ' pro
ἥν. — V. 235 = B 5. — In v. 236 θύρας ἐπέθηκε φαεινάς sumpta sunt ex v. Ε 169 (item in v. 60);
in v. 237 οὐδέ τι κίκνις ex λ 393. — V. 238 = λ 394 exceptis ἔστι οἵη pro οἵη περ. — In v.
242 πόσις κεκλημένος εἶης sumpta sunt ε ζ 244 πόσις κεκλημένος εἶη, in v. 243 πυκινάς φρένας
ἀρφικαλύπτοι ex Γ 492 Ε 294, in v. 244 γῆρας ὄμοιον ε Δ 315, in v. 246 ο τε στυγέουσι θεοί περ
ex Υ 65 τά τε στυγέουσι θεοί περ.

7.

Ex exemplis, quae protuli, apparet hymni IV. conditorem Homeri et bene gnarum et
imitandi studiosissimum fuisse. Nunc autem quibus sermonis proprietatibus tamen ab Homero
differat, ita accurate exponam ut nihil omittam nisi quae supra satis explicata sunt.

Ac primum quidem ea, quae vel minimi vel nullius momenti esse videantur,
omnia commemorabo:

v. 2. In versu 2. haec verba ἐπὶ γλυκὺν ἔμερον ὅρσε, et si ab Homero aliena sunt, propterea
minime offendunt quod ille et ἐπιόρσαι ὑπνον, δῖζύν, alia eiusdem generis et ἔμερον ὅρσαι dicit.

v. 14. In v. 14 ἀπαλόχροας ab Homero alienum non offendit. Idem enim atque hoc loco valet
ἀπαλός et φ 151 et aliis locis Homeri, quippe qui teneris seminarum genis hoc epitheton
attribuat.

Adiectivum διαπρύσιος substantivo iunctum in v. 19 et hymni III. v. 366, διαπρύσιον
κινητέσιν in v. 80. hymni IV., neutrum apud Homerum legitur. At διαπρύσιον apud illum neque
raro reperitur et idem valere solet atque in hymni IV. v. 80 et διαπρύσιοι in v. 19.

συνέ μιξα in versibus 39. 50. (cdd. ἀνέμιξε). 52. 250. et in hymno III. reperitur, nus-
quam apud Homerum reperitur. At ille et συμμίσγεται et σὺν δὲ ἔμιχθεν et μιξα vel μιξα dicit
et aliis verbi μίσγω formis saepissime utitur. Neque ex eo, quod ab Homero verbi μίσγω ao-
ristus I. passivi qui dicitur non itidem ut μιχθήμεναι in v. 46 usurpatur, quidquam effici
posse videtur. Etenim hoc aoristo ille saepe utitur et casu accidere potuit ut eo non ita uteretur.
Accedit quod in v. 46. hymni IV. nec μιγήμεναι, quod codex D habet, nec μιγῆναι in metrum
convenit.

v. 47. In v. 47 leguntur βροτέης εὐνῆς, apud Homerum nusquam hae voces coniunctae, at τ 545
φωνῇ δὲ βροτέη. Idem versus hymni IV. habet ἀπο-εργμένη vel ἀπο — Φεργμένη ab Homero
alienum. At Homerus et ἀποφέργω habet et ἔρχαται perfecti formam et ἔρχατο plusquamperfecti
q. d. formam et δέρχαται atque δέγμενος — cf. ἔρμενος apud Herodotum.

v. 54. In v. 54. πολυπιδάκον pro Homericō genitivo πολυπιδάκος scriptum nullius momenti esse
cum ex eo intellegatur quod facile cogitari potest hymni conditorem, utpote qui in v. 68 "Ιδη
πολυπιδάκα dixerit, in v. 54. πολυπιδάκος dixisse, librarios ζ in v mutasse*), tum ex eo apparent
quod apud Homerum ipsum nonnullae nominum formae reperiuntur, quae ab aliis formis Ho-

* cf. χρυσάρος in libro, quem inscripsi: „Übersichtliches griechisch-deutsches Handwörterbuch für die ganze
griechische Litteratur . .“

mericis ex eadem stirpe derivandis idemque valentibus differentes diversa declinatione diversos exitus, ceteras litteras easdem atque illae habent, ut apud Homerum et ἐρίηρ-ες, -ας et ἐρίηρ-ο-ς, -ο-ν reperiuntur, et ἄνδρες πολύ-Φρηγ-ες et nominativus πολύ-Φρηγ-ο-ς, et ἀδμήτ-ες, ἀδμήτ-ες et ἀδμήτ-η-ν, Ἀδμήτο-ιο, Ἀδμήτο-υ, Ἀδμήτω, similia.

Apud Homerum nec θυάδης νηός, quae v. 58 habet, nec θυάδης βωμός, quae v. 59 et hymni I. v. 87 habent, reperiuntur, at non solum θυάδεα Φείματα, sed etiam θυάδης θάλασσα et tribus locis θυήσις βωμός. Accedit quod versum 59 (ex Σ 363) subditum esse veri simillimum est.

V. 67 in codice M est ὅψι μετὰ νέφεσι δέμφα πρήσσουσα κέλευθον, in ceteris codicibus ὅψι μετὰ νεφέεσσι θώδες πρ. κ. . Apud Homerum θώδες πρήσσειν κέλευθον non legimus. At apud illum et θώδες et πρήσσειν κέλευθον usitata sunt atque θώδες id significat, quod hunc in locum quadret. Neque constat utra lectio in v. 67 vera sit.

V. 71 habet προκάδων, Homerus nullam formam vocabuli προκάς, ἀδος, at ρ 295 accusativum πρόκ-ἄς habet.

Apud Homerum non reperitur σύνδυο, quod v. 74 habet, at reperitur σύντρεις i. 429.

Vox ἐπιγναμπτός nusquam legitur nisi in hymni IV. v. 87, quo loco Baumeister iure, opinor, scripsit ἐγναμπτάς (ex σ 294).

[μάκαρες ut in hymnis Homericis IV. 92 et XII, 4, ita κ 299 dictum est pro μάκαρες θεοί]. εἰσοπίσω et in v. 204 fortasse librarii mendo irrepit pro εἰσοπίσω, quod cum usitatum Homero sit, Hermannus hoc loco restituendum esse censet, et vox satis antiqua esse videtur, quoniam apud Tyrtaeum legitur (fr. 7, 12. Del.).

Vox τίμιος κ 38 similiter usurpatum atque in v. 142.

Verbum ἀποκλίνω apud Homerum uno loco reperitur τ. 556 neque accusativo iunctum est illo loco. Attamen cum ex aliis rebus, tum ex illo loco ipso intellegitur id Homeri temporibus eandem vim habuisse atque in v. 168. hymni IV.

V. 190 habet θεοῖς εὐνάξεται; apud Homerum nusquam legimus εὐνάξεσθαι dativo iunctum, sed ε 119 εὐνάξεσθαι παρ' ἀνδράσι. At B 821 θεὰ βροτῷ εὐνηθεῖσα et H 176 γυνὴ θεῷ εὐνηθεῖσα reperiuntur et plane idem valet εὐνᾶσθαι atque εὐνάξεσθαι.

De versu 194 legas quae Hermannus et Baumeister adnotaverunt. Ex iis intellegitur hunc versum aut sic scribendum esse:

οὐ γάρ τοι δέος (vel δέος) παθέειν κακὸν ἔξι ἐμέθεν γε
aut sic: οὐ γάρ τοι τι δέος παθέειν κακὸν ἔξι ἐμέθεν γε.

Formam autem δέος (vel δέος) ab Homero non abhorriere supra demonstravi. Ad alteram lectionem (τοι τι δέος) defendendam Baumeister afferit Hes. th. 334. 744. op. 675 et „iam aetate Hesiodi“, inquit, „nullum superest vestigium digammatis in vocabulis δέος, δεινός, δειλός“. Accedit vero etiam hoc quod ne Homerus quidem semper illud digamma in vocibus voci δέος cognatis conservat, quippe qui et β 66 θεῶν υπο-δείσατε μῆνα dicat et H 117 εἴ περ ἀ-δειής (ᾳ), quae forma perantiqua est. Ergo nihil impedit quominus in v. 194 haec verba scribantur τοι τι δέος, quae etiam propterea, quod et codices non δέος habent, sed τοι τι δέος DFL, τι τοι δέος M, τι δέος ABC, et hymni IV. conditorem hoc loco imitari ε 347

οὐδέ τι τοι παθέειν δέος οὐδὲ ἀπολέσθαι
veri simillimum est, retinenda esse videntur.

V. 208 habet θέσπις ἄελλα, Homerus θέσπις ἀοιδὴ et θέσπις ἀοιδός, nusquam θέσπις ἄελλα habet. At ille et γ 143 θέσφατος ἄντρος dicit et saepissime θέσπι-δαές πῦρ, ex quo conicio epitheton θέσπι-ς iam Homeri aetate talem vim habuisse ut de vento (turbine) praedicari posset.

v. 67.

v. 71.

v. 190.

v. 194.

v. 208.

In versibus 209 et 216 legitur γάσκε, apud Homerum γάσκε δ 92; at Homerus habet ζασκον, εῖασκον, alia id genus multa.

v. 211. V. 211 habet ἵππους ἀρσί-ποδας in omnibus codicibus nostris, Homerus ἀρσι-πόδες, ἀρσι-πόδων. At Homerus praeter formas verbi ἀρέω a stirpe ἀρέω (ἀρέω) derivandas habet αἴρω, ἀρ-θείς, ἡράμην, ἡρατο, ἀρ-έσθαι (ᾳ), quem aoristum verbi αἴρω, non verbi ἀραρίσκω esse in lexicis a me scriptis G. Curtium refellens demonstravi. Accedit vero quod nomen Ἀρσί-νοος Δ 626 non a stirpe verbi ἀραρίσκω, sed a stirpe verbi αἴρω derivandum esse videtur. Nihilominus hymni IV. conditor, opinor, ἀρσίποδας dixisset pro ἀρσίποδας, si illud hoc loco in metrum quadrasset, quippe qui Homeri imitandi studiosissimus esset. Quamobrem dixisse eum, ut forma Homerica uteretur, ἵππω ἀρσίποδε in v. 211 quamquam cogitari potest, tamen minus veri simile est quam ut hoc conicere audeam. Sed fortasse dixit ἵππους ἀργίποδας, quod editio Florentina Aldina habet (cf. commentar. Ilgen. et Baumeist.).

v. 217. In v. 217 verba ἵπποισιν ὄχειτο ab Homero non abhorrente patet ex K 403 et P 77, quibus locis ἵπποι dicuntur ἀλεγενοὶ ὄχεισθαι, et ex Ω 731 (ηγυσὶν ὄχεισθαι) et ε 51 (κύμασιν ὄχεισθαι).

v. 237. De versu 237 quae supra explicavi, respicias et ea legas, quae Baumeister adnotavit, qui ad verba τοῦ φωνὴς ῥέει (pro quo ῥέει restituendum est) ἀσπετος defendenda attulit A 249 ῥέειν αὐδὴν et alia. Evidem praeterea, ut verba φωνὴ ῥέει ἀσπετος satis intellegantur et defendantur, spectandos perpendendosque esse censeo hosce locos: ξ 412 κλαγγὴ δ' ἀσπετος ὁρτοσυῶν αὐλιζομενῶν et δ 543 et 544 ἀσκελές κλατ'. Nam idem fere valere puto verba τοῦ φωνὴς ῥέει ἀσπετος in v. 237 atque ἀσκελές κλατε δ 543 et 544. [Quapropter ex conjectura ἀσκελές pro ἀσπετος scribi per me licet, atqui non opus est].

v. 249. δ ὄαρος reperitur in v. 249 hymni IV. et in v. 3 hymni XXII. (εἰς Ποσειδῶνα), qui manifesta recentioris aetatis indicia praebet, et in Hes. th. v. 209; apud Homerum nusquam reperitur. At Homerus habet δαρ, δαρέω, alias eiusdem stirpis voces. Cf. lexica a me scripta.

v. 284. ἔγγονον pro ἔκγονον in v. 284 librariis deberi, non hymni conditori, inter omnes editores constat.

8.

v. 114. Iam vero ut proprium hymni IV. modum dicendi cognoscas, ex versu 114 exemplum promam, quo uno perpenso perspicias, quanto hymnus IV. ab Homero distet:

διαπρό (vel διὰ πρό)

vox Homero usitata apud ceteros auctores Graecos nisi apud poetas Alexandro magno inferiores aetate, quod sciam, non reperitur praeterquam in versu 114 hymni IV., quo loco vim permiram habet, quam neque in lexicis neque in commentariis usquam notatam inveni. Homerus enim voce διαπρό semper ita utitur, ut ea declareret rem per rem corpoream sive locum pervadere atque exinde finem eius egressam aliquatenus procedere. Haec vera et propria vis illius vocis, hac in significatione illa nata est. Hoc autem loco quid aliud valere potest διαπρό quam idem fere, quod vox διαμπερές tum valet cum ad temporis spatium referenda est et proxime ad vim vocis „perpetuo“ accedit? Atqui hanc non naturalem vim vocis διαπρό esse intellegitur ex ea vi, quae inest in voce πρό. Ergo non dubito quin vox διαπρό pro voce διαμπερές ad spatium temporis relata nunquam in sermone populi, sed hoc loco et Homerum imitandi et metri causa a poeta ad libidinem usurpata sit. Hoc enim loco διαμπερές in metrum non quadrat. Iis autem temporibus antiquis, quibus διαπρό in usu communi erat, poeta talis, quem hymni IV. conditorem fuisse appetet, illi voci, ut opinor, vim a vera et usitata significatione tantopere abhorrentem subicere non ausus esset. Censeo igitur iis demum temporibus hunc versum factum esse, quibus iam et vox διαπρό quasi mortua esset et voces Homericae ludi-

bria poetarum esse coepissent. Quae sententia et iis valde confirmatur, quae supra ad miras voces illas ἔχγεγάτε, ἔχγεγάντο, νηλειές . . enodandas explicavi, et aliis hymni IV. proprietibus, quas mox proferam. Nunc autem primum reliquos hymni IV. versus, qui aut verbis usurpatiis aut rebus narratis aut et verbis et rebus ab Homero differunt, omnes ex ordine commemorabo:

In v. 4 codices omnes habent οἰωνούς τε

v. 4.

διπετέας

excepto codice M, in quo extrema littera η omissa est. Epitheton διπετής apud Homerum ubique fluiis attribuitur, hoc uno loco avibus. Quapropter in hac voce apud Homerum ea vis stirpis πετ (pat : πτά, πετ, ποτ) inesse videtur, quae in verbo πίπτω inest, hoc uno loco ea, quae inest in verbo πέτομαι, cum οἰωνὸς διπετής fere idem valere videatur atque οἰωνὸς ἀεροπέτης. Quamobrem Baumeister διπέτεας scribit ut nominativus sing. num. sit διπέτης. Neque enim Homerus praeter ὑπώρωπτή, αἴστος ὑψιπέτης, ὑψιπετήσις (vel id quod viri docti non sine causa coniecerunt ὑψιποτήσις) ullam formam habet adiectivi ita derivati a stirpe πετ, ut vis verbi πέτομαι insit, et Eustathius docet 1520. 60. haec: τὰ ἐκ τοῦ πέτεσθαι γινόμενα βαρύνεται οἶον ἀετὸς ὑψιπέτης καὶ τὰ τοιαῦτα, τὰ δὲ ἀπὸ τοῦ πεσεῖν ὁξύνεται οἶον παλλάδιον ὑψιπετές. At nonnulla adiectiva in πετής desinentia non solum tum, cum verbi πίπτω vis in iis inest, sed etiam tum, cum verbi πέτομαι vis inest, et tertiam quae dicitur declinationem sequuntur et, si codicibus confidendum est, oxytona sunt, ut ὑπερπετής, ὑψιπετής, χαμαιπετής. Similiter adiectiva in ετής desinentia, quae a vocabulo ἔτος derivantur, non solum tum oxytona tum barytona sunt, sed etiam cum barytona sunt, tum primam q. d. declinationem sequuntur, tum tertiam q. d. Quae cum ita sint, non audeo pro certo affirmare in hymno IV. διπέτεας scribendum esse. Accedit quod ne illud quidem satis constat, in adiectivo διπετής hoc loco inesse vim verbi πέτομαι. Etenim aliis locis ubique et in διοπετής et in διπετής inest vis verbi πίπτω et hoc loco „utrum intellegas“, inquit Baumeister ipse, „aves aëra pervolantes an a Iove missi, Iovis iussu volantes . . incertum est.“ Quin etiam pugnat Baumeister ipse cum sua conjectura διπέτεας haec asseverans: „Hic locus insigne praebet documentum, iam huius poetae aetate dubitatum fuisse de vera significatione Homerici illius διπετέος ποταμοῖο . .“ Nam si — id quod his verbis positum est — hymni IV. conditor vocem διπέτεας ex Homeri carminibus sumpsit eique eam vim subiecit, quam illic in ea inesse putabat, διπέτεας eum dixisse sequitur. Atqui „insigne documentum“ verba οἰωνούς τε διπέτεας nondum satis enucleata minime praebent, quippe quae varias diversasque explications recipient. Neque enim liquet utrum vox διπετής eam stirpis πετ, quae in verbo πίπτω inest, vim solam an eam quoque, quae in verbo πέτομαι inest, antiquitus haberet, cum stirpem πετ utramque vim antiquitus habuisse pateat*), neque si constaret διπέτεας hoc loco ad πίπτω referendum esse, ideo pro certo negandum esset οἰωνὸς διπέτεας Homeri sermoni convenire posse, neque si constaret διπέτεας hoc loco ad πέτομαι referendum esse, ideo liqueret utrum poeta legitima et usitata forma usus sit an metri causa dixerit διπέτεας pro διπέτας similiter atque is, qui hymni III. versum 447 fecit, ἀμηχανέων dixit pro ἀμηχάνων**). Ergo cave credas versum 4. „insigne documentum“ inferioris aetatis esse, quamquam hymni IV. conditorem voce διπετής similiter atque voce διαπρό perverse abusum esse facillime cogitari potest.

V. 7 habet τρισσάς. Nec vox τρισσός nec δισσός apud antiquos epicos reperitur nisi τρισσός Hes. fr. VII (178) et δισσός in v. 61 batrachomyomachiae, quae inferioris aetatis est

v. 7.

*) cf. G. Curtii librum, quem inscripsit „Grundzüge der griechischen Etymologie“.

**) cf. νηλειές et id genus alia, de quibus supra disputavi.

atque etiam post pugnam Marathoniam demum composita esse videtur (cf. Bergk., „Griech. Litteraturgesch.“ pg. 772 sqq.). At Homerus et τρίχα et δίχα habet; τρισσός autem ortum est ex τριχ-ιος.

v. 13. V. 13, de quo supra disputavi, habet vocabulum σατίνη, de quo legas, quae R. Thiele l. 1. pg. 70 protulit, alienum ab Homero et ab Hesiodo.

v. 20. In v. 20 notatu digna sunt verba δικαίων τε πτόλις*) ἀνδρῶν, quibus numerus singularis pro plurali poni videatur. At id quod Bothius coniecit, poetam Delphos dicere, veri simillimum est**). Nec sane quisquam dubitat quin hymnus IV. post oraculum Delphicum conditum compositus sit.

v. 22. 23. Fabula, quae versibus 22 et 23 narratur, cum Hes. th. 454 consentit, abhorret ab Homero, quippe qui non modo nusquam Vestam nominet, sed etiam Δ 59 et 60 Iunonem haec dicentem faciat:

καὶ με πρεσβυτάτην τέκετο Κρόνος . . .

Nomen Ἰστίη ab Homero alienum reperitur Hes. th. 454 et in hymnis Homericis IV. 22, XXIII. 1, XXIX. 1.

v. 29. In v. 29 offendimur verbis δῶκε καλόν propterea, quod vocis καλός prior syllaba, quae in prima eius forma καλύός [kaljas] positione longa est, apud antiquos epicos nusquam corripitur nisi Hes. op. 63 et theog. 585, quibus locis Hermannus productionem restitui vult, et in duobus huius hymni versibus. Versum autem eius 261 subditum esse cogitari potest, nec dubito quin hymnus IV. conditor, si eum fecerit, non ἀδιανάτοισι καλόν dixerit, sed ἀδιανάτοις καλόν. Saepissime enim vocem καλός ille ita ponit ut prior eius syllaba longa sit. Quapropter animus valde inclinat ut in v. 29 illum poetam Homeri et bene gnarum et imitandi studiosissimum non τῇ δέ πατήρ Ζεὺς δῶκε καλὸν γέρας, sed aut id quod Ilgenius et Hermannus restitui volunt τῇ δέ πατήρ δῶκεν καλὸν γ. aut id quod ego conieci τῇ δὲ Ζεὺς δῶκεν καλὸν γέρας dixisse censem. Etenim salvo metro et salva sententia ille vel vocem πατήρ omittere poterat vel vocem Ζεύς, cum proxime in v. 27 dixisset πατρὸς Διός, quibus verbis non Saturnum, sed Iovem dici et ex praecedentibus versibus et ex eo, quod Homerus iis ubique Iovem dixerat, intellegendum erat. Codices autem horum hymnorum fide indignissimos esse in rebus metricis sat supra demonstravi. Propterea codicibus ne hoc quidem credo hymni quinti conditorem in versu 381 οὐδὲ θύδωρ (ū) dixisse pro οὔτε θύδωρ (ū), cum infimis demum temporibus vocabuli θύδωρ prior syllaba in thesi produci coepta sit.

v. 30. V. 30 habet πῖαρ ἐλοῦσα, Homerus neque ita translatum πῖαρ habet nec πῖαρ ἐλεῖν; at πῖαρ ὥπ' οὐδαες i 135 et βοῶν ἐκ πῖαρ ἐλέσθαι. Δ 550 et P 659 habet. ἐλοῦσα pro ἐλομένη metri causa dictum esse videtur.

v. 31. Vox τιμάσιος (ā) [τιμά-σιος] duobus tantum locis reperitur, qui sunt hymni Homer. IV. v. 31 et hy. V. v. 269. At antiqua esse videtur. Prope ad eam accedunt τιμάσιος (ā) [τιμά-Φορος] apud Pindarum et tragicos, pro quo Aeschylus suppl. 42 τιμάωρ (ā) [τιμά-Φωρ] habet, inferioris demum aetatis poetae τιμήρος dicunt, et voces Homericæ πυλάσωρς et θυράσωρς.

v. 32. Vox πρέσβειρα nisi in v. 32 hymni IV. apud auctorem nullum Euripide et Aristophane antiquiorem reperitur.

v. 49. V. 49 habet γελοιήσασα. Verbum γελοῖαν apud Homerum non reperitur nisi his tribus locis: σ 111. v 348. 390, quibus Homerum ipsum verbi γελῶν distractas formas γελώντες et γελῶν usurpasse, posterius demum recentiores formas γελοῖων et γελοίων irrepisse veri simil-

*) Aut πτόλις, quod F. habet aut πόλις, quod codices L et D habent, a poeta dictum, πόλεις in codice M et πόνον in codicibus ABC interpolata esse apparent.

**) cf. hymni XXVII. v. 11—20. Alia ratione versum 20 interpretantur Klausenius et R. Thiele l. 1 pg. 71.

limum est. At Homerus habet γελοῖος, de quo legas libellos, quos inscripsi „Eine neue Erklärung der sog. epischen Berdehung“ et „Über die epische Berdehung, die Cäsar und die ursprüngliche Composition des homerischen Hexameters . . .“ Ex aliis scriptoribus, quod sciam, nullus verbum γελοῖον habet.

κόσμειν apud antiquos epicos tum ornare, tum ordinare est: apud Hesiodum et in hymnis Homericis IV. 65. VI. 10. 11 et in batrachomy. 121 ornare, apud Homerum ordinare. At ea significatio, in qua vocabulum *κόσμος* natum est, his fere vocabulis declaranda est: mundus, mundities, ornatus, ornamentum, atque hanc vim *κόσμος* nonnullis Iliadis locis habet neque η 127 *κοσμητός* non potest esse mundus factus vel mundatus. Quapropter verbum *κόσμειν* iam antiquissimis temporibus fere idem atque mundare et ornare valuisse puto. Quod tibi persuaderi velim iis, quae de vocibus *κόσμος* et *κοσμέω* et ceteris eiusdem stirpis in lexicis a me scriptis protuli.

In v. 66 codex M. habet εὐώδεα κῆπον, ceteri codices habent εὐώδεα Κύπρον. Pro εὐώδεα εὑώδεα restituendum esse censeo; κῆπον interpolatum esse videtur. Epitheton εὐώδης Homerus his tribus tantum vocabulis attribuit: Ἑλαιον β 9, χυπάρισσος s 64, Νᾶλαμος Γ 382, alii hymni Homericici his duobus attribuunt: μέγαρον III. 65 et ἄντρον XXV. 6.

δ ἐναυλος ut apud Homerum ita apud Quintum Smyrnaeum, Nonnum, alias infimae aetatis epicos est fere id, quod a Germanis vocatur Rinusal, Wasserrunn, rivus, canalis, fossa, alveus (torrentis), torrens; in hymnis Homericis IV. 74. 124. XIV. 5. XXVI. 8 et Hes. theog. 129 et apud Euripidem et apud poetas quosdam Alexandro magno inferiores aetate est fere vallis, fauces, saltus, cavum, caverna, specus, similia (cf. lexica et quae Spitzner adnotavit ad II 71). At hae significationes et ad illas prope accedunt et ad eam vim, in qua vocabulum ἐναυλος natum esse etymologia docet. Similes autem mutationes atque vis huius vocabuli accepit vis vocabuli χαράδρα, de quo legas quae in lexicis a me scriptis explicavi.

Vox χαμαιγενής et in v. 108. hy. IV. et in v. 353. hy. V. et Hes. th. 878 et Pind. Pyth. 4. 179 et apud poetas infimae aetatis reperitur, nullo Homeri loco reperitur. At saepe usurpat Homerus χαμαί et alias eiusdem stirpis voces.

Φρυγής εὔτειχήτοιο (cdd. εὐτ.) in v. 120 notatu dignissimum est. Nam vox εὔτειχητος vel εὔτειχητος hoc uno loco reperitur, apud Homerum εὔτειχεος, ον et ΙΙ 57. πόλιν εὔτειχεα vel π. εὔτειχέα, apud scriptores inferioris aetatis εὔτειχιστος. Verbum autem, a quo vox εὔτειχητος derivanda est, τειχέω unus, quod sciam, Herodotus habet, qui nonnunquam τειχέω pro τειχίζω dicit. τειχίζω autem et Homerus H 449 et Pindarus et Herodotus et attici scriptores usurpant. Quapropter non dubito quin hymni IV. conditor cognoverit verbum τειχίζω. Quod cum et cognitum haberet et Homericum esse sciret, cur ille tamen

εὔτειχήτοιο

dixit, non εὔτειχίστοιο? Haec enim forma non minus quam illa hoc loco in metrum quadrat. Dixisset profecto, opinor, εὔτειχίστοιο, si verbi τειχέω ignarus fuisset. Hoc vero eius sermoni etiam usitatius fuisse quam τειχίζω, ex iis, quae protuli, conciendum est. Talem igitur sermonis proprietatem vox εὔτειχήτοιο indicare videtur, quali hymni IV. conditor ab Homero et Pindaro et atticis scriptoribus differat, cum Herodoto consentiat. Minoris autem momenti id est quod Homerus εὔτειχεος semper voci πόλις adiungit, hic poeta insolito dicendi modo epitheton εὔτειχητος Phrygiae attribuit, ita quidem sane ut ad oppida munita Phrygiae referatur.

In v. 123 ad ἄκληρόν τε καὶ ἄκτιτον supplendum est γαῖαν vel γῆν vel χώραν. Idem apud Homerum supplendum esse videtur ad τραφερήν τε καὶ ὑγρήν, certe ad τραφερήν. ἄκληρος autem neque apud Homerum reperitur praeterquam λ 491, quo loco viro attributum est, neque eam vim quam hoc hymni loco habet, alibi nisi uno loco Euripidis habet. At ea convenit ad id,

v. 65.

v. 66.

v. 74.

v. 108.

v. 120.

v. 123.

quod κλῆρος apud Homerum valet. ἄκτιτος quamquam ἀπαξὲ εἰρημένον, tamen non mirum est; apte enim Homericae voci ἐῦκτιτος respondet.

v. 126. In v. 126 καλέεσθαι, pro quo Guttmannus l. l. pg. 65 sqq. sagacissime argutissimeque κλινέεσθαι coniecit, futurum medii quod dicitur neque apud Homerum reperitur neque alibi vim passivi q. d. habet praeterquam apud tragicos ut Soph. Electr. 971 et Euripid. Orest. 1140, quibus locis καλεῖ vocaberis est vel nominaberis. At Homerus neque usquam verbi καλέω ullum futurum passivi q. d. habet praeterquam Γ 138 κεκλήσῃ contractum ex κεκλήσαι, quod in hymni IV. versu 148 usurpatur, nec non habet, quantum eisdem iudicare possum, futura καλέω Γ 383. § 523. v 413. o 213, τελέω, τελέεσθαι, καρέω, μαχέονται B 366, μαχεῖται Υ 26. Quare non licet confirmare futurum καλέεσθαι ita usurpatum ut in v. 126 a sermone Homeri alienum esse.

v. 127. Abhorrere ab illo videtur τεκεῖσθαι in v. 127, quod ἀπαξὲ εἰρημένον est. Uno enim hoc loco in futuro verbi τίκτει littera σ ita omittitur ut non ξ, sed κ insit. Verbi τίκτει futurum est τέξεσθαι et τέξειν. Utrumque et Homero usitatum est et alibi legitur. Neutrū autem hoc loco in metrum quadrat. Quae cum sint, conicere licet hymni conditorem τεκεῖσθαι metri causa finxisse. Attamen pro certo hoc affirmare non audeo. Etenim futuri formae τεκεῖσθαι analogon quodammodo est futurum μαχεῖσθαι et cogitari potest hymni conditorem non τεκεῖσθαι, sed aoristum τεκέσθαι usurpasse, id quod Buttmannus coniecit („Ausführliche Gramm.“ §. 95 Ann. 19 ***) hisce locis collatis:

χ 35 οὐ μ' ἔτ' ἐφάσκειν ὑπότροπον οὐκαδὲ ἵκεσθαι et
Ζ 501 οὐ γάρ μιν ἐφαντο . . . ἕξεσθαι et
hymn. Hom. V. 459 βρισέμεν . . τὰ δ' . . δεδέσθαι.

v. 140. . . . Vocabulum ἀποινα in v. 140, quamquam totum hemistichium καὶ ἀγλαὰ δέχεται ἀποινα ex A 32 sumptum est, tales vim habet, qualem neque ullo Homeri loco habet neque Homeri aetate accepisse videtur. Quin etiam multo posterius demum, opinor, illi vocabulo talis vis subiici potuit. Nec reperimus apud ullum poetam Pindaro antiquorem vim similem ei subiectam (cf. Pind. Ol. 7. 30. Pyth. 2. 24). Is igitur, qui hunc versum fecit, multum ab Homeri aetate distare videtur. Nec dubitandum est quin hymni IV. conditor ipse eum fecerit. Itaque vocabulum
ἀποινα

in eo mire usurpatum hymni conditori imputo atque in gravissimis inferioris aetatis indiciis duco.

v. 157. Vox εὔστρωτος duobus tantum locis legitur hisce: in v. 157. hymni IV. et in v. 285. hymni V. Nec vocem εὔστρωτος, quod sciām, ullus scriptor usurpavit praeter Nonnum, qui λέκτρον εὔστρωτον habet. At Homerus habet et εὐ et εστρωτο.

v. 159. Vox βαρύφθογγος, quam v. 159 habet, alibi non reperitur praeterquam apud Pindarum et apud infimae aetatis poetas. At Homero et βαρύς et φθόγγος usitata sunt.

v. 168. In v. 168 ἡμος iunctum tempori praesenti ab usu Homeri differt. Suspicor poetam metri causa ἀποκλίνουσι dixisse pro ἀπέκλιναν vel ἀπέκλινον.

v. 173. 174. In versibus 173 et 174 notatu dignissima sunt verba

μελάνθρου κῦρε κάρη,

quae quintus quoque hymnus in v. 188 et 189 habet (cf. Baum.). Verbum autem κύρω neque in Iliade neque in Odyssea neque in ceteris Homeri quae dicuntur carminibus genitivo iungitur praeterquam his duobus locis et in epigr. 6. 6.

v. 189. Vox βιοῖς ἀλμιος in v. 189 est ἀπαξὲ εἰρημένον. ζωῖς ἀλμιος apud Pindarum legitur. At Homerus et vocabulum βιος habet et voces θάλ-εῖω, -εια, -ερός, -η, -ος, τεῖηλα, ἀμφιθαλής, id genus alias; neque ea vis, quam in voce βιοῖς ἀλμιος hoc loco inesse appetet, ab Homericā vi illarum vocum abhorret. Ergo vix quidquam ex hac voce sola colligi potest.

Verbis ἔχεν ἥβη in v. 225 poetam verba ἔχε γῆρας Σ 515 imitari videri supra dixi. v. 225.
 Vox καλυκῶπις reperitur nullo Homeri loco, compluribus locis hymnorum Homerorum (IV. 284. V. 8. 420) et Orphicorum (XXIII. 1. L IX. 6, LXXVIII. 2), alibi nusquam reperitur; quamquam κάλυξ occurrit Σ 401 (cf. hy. Hom. IV. 87. 163) atque iam Homeri aetate, opinor, id fere valuit, quod stirps καλυκ in voce καλυκῶπις valet; voces autem in δπις desinentes Homero usitatissimas esse nemo nescit.

V. 291 habet οὐρανὸν ἡγεμόντα. Utraque vox Homero usitata est, at caelo epitheton ἡγεμόντις apud eum nusquam, epitheton ἀστερότις saepissime attribuitur. v. 291.

Denique vocabulum ὕμνος, quod versus 293 habet (cf. Σ 492), et in aliis hymnis Homericis multis et Hesiodo usitatum, uno Homeri loco reperitur Σ 429 (ἀοιδῆς ὕμνον) neendum id, quod in hymnis et apud Hesiodum valet, Homeri aetate valuisse videtur, siquidem ea, quae de etymologia et de prima atque Homericis significatione illius vocabuli in lexicis a me scriptis dixi, veri simile est. v. 293.

9.

Etsi multa eorum, quibus hymnus IV. ab Homero differt, vel levissimi vel nullius momenti esse videntur singula separatim intuenti, tamen ex iis, quae protuli, omnibus computatis summaque eorum subducta iam intellexeris aliquanto hymnum IV. ab aetate Homeri distare. Neque ex multitudine illa vocum Homericarum, quas hymnus IV. continet, efficitur ut ea aetate compositus sit, qua sermo populi in coloniis Asiae litus attingentibus a sermone Homeri nondum valde differebat. Nam hymni IV. conditorem consulto et opera data Homerum imitatum esse patet; quapropter ex eo, quod hymnus tot voces Homericas continet, non sequitur eum perantiquum esse. Quin immo contrarium potius probatur multis illis ex Iliade Odysseaque sumptis versibus et hemistichiis. Ex illis enim ecce hoc appetat:

Totam fere Iliadem et totam fere Odysseam atque — id quod notatu dignissimum est — utramque talem fere, qualis hodie legitur, cognitam habuit hymni conditor, quem etiam recentissimas utriusque carminis partes audisse vel potius legisse ex hisce exemplis appetat: V. 59 et 61 et 62, ex quibus certe v. 61 a conditore hymni ipso insertus est, ex Σ 363—365 sumpti sunt. Illud autem Odysseae embolium, quod hos versus continet, Bergkius circa XXX. demum olympiadem compositum esse iudicat. In versu 203 verba τὸν ἀδανάτοισι μετέλη ex Υ 235, in v. 237 verba οὐδέ τι κίκνως ex λ 293, in v. 290 verba ἵσχεο μηδ' ὀνόμαντε ex λ 250 sumpta sunt. V. 238 est λ 294. De versu 197 facto ex Υ 307 supra disserui.

10.

Magis vero, quam vocibus quibusdam usurpati, hymnus IV. aliis proprietatibus ab Homero differt. Permediocris enim poeta condidit hoc carmen, quod Homero dignissimum esse immerito dicitur nisi forte cui carmen ideo Homero dignum esse videtur, quod multas voces Homericas docte insertas et multos versus ex Iliade Odysseaque sumptos continet.

Ac primum quidem huius poetae consuetudo moleste verba et sententias repetendi notanda est, cuius haec exempla species: Quinque in versibus 6—16 repetitum ἔργον; tam saepe, ut taedium afferant, repetuntur voces καλός et καταθνητός, ut in versibus 50. 51. 52. 122. 281, saepissime καταθνητῶν ἀνθρώπων et similia. Voces πᾶσι et θεῶν in v. 31 usurpatae iterantur in v. 32. Vocibus καὶ τε et v. 39 et v. 36 et v. 38 incipit. Quinque voces, quas v. 76 habet, languide iterantur in versu 79, quinque, quas v. 113 habet, versu 116. Paene totus v. 117 iteratur versu 121, parum apte in v. 144 hemistichium ex versu 91. — ἥματα πάντα extrema verba sunt et versus 209 et v. 221 et, nisi verba ἵσα θεοῖσι (cf. λ 303) non inter-

polata sunt, versus 214. Res versibus 210. et 211. narrata iam versu 212 repetitur. Verba τὸν μὲν ἐπὴν δὴ πρῶτον et v. 256 habet et v. 278 et v. 274, qui non eiciendus esse videtur. — Neque carent molesta repetitione v. 223—246, quos a conditore hymni non abiudicandos esse eiusque mori plane convenire et supra probatum est et hisce exemplis confirmatur: V. 225 incipit verbis τὸν δὲ ήτοι, v. 230 verbis τοῦ δὲ ήτοι, v. 237 iisdem. Versus 243 vox extrema est ἀμφικαλύπτοι, versus insequentis extrema ἀμφικαλύψει. Versu 240 iteratur versus 221. — Praeterea voces moleste repetitas habent loci suspecti hi: v. 58—63, v. 88 et 89, v. 97 et 98, v. 136 a et b, v. 198 et 199. — Etiam hoc in numero repetitionum duci possit, quod v. 170 et 171 habent γλυκὺν unctionem vel Fήδυμον vel σεFήδυμον??), quia non dubito quin vox νήδυμος vel ήδυμος (vel Fήδυμος) utique apud antiquos epicos idem fere valeat atque ήδύς.

11.

De voce νήδυμος legas, quaeso, quae in libro, qui inscriptus est „Uebersichtliches griechisch-deutsches Handwörterbuch.“ in voce ήδυμος explicavi, et cave credas sententiam meam refelli locis allatis Ξ 253. II 454. v 79 et 80. ψ 63. Veri simillimum est, opinor, Homerum Fήδυμος, fortasse etiam σεFήδυμος, dixisse, nunquam νήδυμος dixisse. In hymnis autem Homericis duobus locis codices ήδυμον habent III. 241 et 449, duobus νήδυμον IV. 171 et XIX. 16. Retinendum est ήδυμον III. 241 (προκαλεύμενος ήδυμον unctionem) et 449 (ἔρωτα καὶ ήδυμον unctionem), quamquam quoniam ἔρον καὶ Fήδυμον pro ἔρωτα καὶ ήδ. propterea conieci quod ubique et apud Homerum et apud Hesiodum et in hymnis ceterisque carminibus Homero olim adscriptis formae ἔρος, ἔρων, eiusdem stirpis (ἔρο) declinationisque eiusdem aliae pro ἔρωτι, ἔρωτα, eiusdem stirpis (ἔρωτ) declinationisque eiusdem reliquis aut leguntur aut legendae sunt praeterquam in batrachomy. v. 75 (ἔρωτος); cf. Γ 342, Ξ 294, Hes. fr. CXIII (123), hymn. II. 321. 335, III. 434, IV. 91, 144 et lexica. At hymnus III. (in Mercurium) et inferioris aetatis indicia multa praeberet nec digammatis vestigium ullum habet. Restituendum autem esse ήδυμον in hymno XIX. Baumeister usque adeo pro certo habet ut νήδυμον non solum ex textu q. d., sed etiam ex apparatu critico q. d. eiecerit! Quae cum ita sint, perquam miror quod ille vir doctissimus in hymno IV. non ήδυμον scripsit, sed ad hymn. III. v. 241 haec adnotavit: „Apud Homerum laetor quod Bekkerus formam digammata ab ήδύς ducendam restituit, sed quod ad hymnos ambigua etiam nunc quae-stio est. Nam in hoc quidem carmine v. 241 et 449 formam ήδυμος mordicus tenent; etiam XIX. 16 μοῦσαι ἀπέντεν ήδυμον quin recte reposuerim hanc vocem pro νήδυμον, nullus dubito. Sed h. Ven. 171 γλ. 3. ἔχει νήδυμον mutationem vix ferre videtur praesertim quum v. 177 recurrat τί νήγρετον unctionem λαύεις.“ At haec ratio parum probabilis est; nam ex eo, quod v. 177 νήγρετον unctionem habet, minime sequitur ut v. 171 ήδυμον unctionem habere nequeat, ac ne id quidem sequitur ut νήδυμον in v. 171 idem valeat atque νήγρετον. Alia igitur ratio illum virum acutissimum impedivit quominus in versu 171 ήδυμον scriberet. En eam: putat ille vocem νήδυμον hoc quidem loco idem atque νήγρετον valere, ήδυμον autem hoc loco positum molestioris iterationis esse quam ut ferri possit. At ne molestissima quidem repetitio a more huius poetae abhorret nec nimis offendit hoc loco vox ήδυμον. Voces enim ήδύς, ήδυμος, νήδυμος quamquam vim simillimam habent atque γλυκύς, tamen non plane eandem habent atque γλυκύς. Accedit vero quod similis repetitio his in versibus Odysseae occurrit v. 79. et 80.

καὶ τῷ νήδυμος (vel Fήδ. vel σεFήδ.) unctiones ἐπὶ βλεφάροισιν ἐπιπτε
νήγρετος, ήδιστος, θανάτῳ ἄγχιστα ἐσικάς.

Hoc autem in loco non offendimur nisi vocem νήδυμος idem atque „ἀνέκδυτος“, ergo idem atque νήγρετος valere opinamur. Nam si νήδυμος idem atque νήγρετος valeret, his in versibus inesset

iteratio molestissima et Homero indignissima. Sin νήδυμος vim fere eandem habet atque ἡδύς, superlativus q. d. ἡδιστος in v. 80 positus non iterationis languidae est, sed adiectionis gradationisque neque est quod hoc loco Odyssae versum 80 subditum esse suspicemur nisi quod vox ἡδιστος digammate caret in v. 80.

Sed in hymni IV. v. 171 et in hymni XIX. v. 16 et in batrachomyomachiae v. 47 utrum Φήδυμον an νήδυμον an νήδυμον scribendum sit, incertum relinquo. Quin etiam potius mihi probatur his tribus locis νήδυμον a poetis dictum esse. Nam ii, qui multo post Homerum hos versus fecerunt, iam in Homeri carminibus, ut mea fert opinio, νήδυμος legerant, quamvis Homerum ipsum Φήδυμος usurpasse veri simile sit. v. 171.

12.

Praeter molestas illas vocum et sententiarum repetitiones multa in hymno IV. insunt, ex quibus artis et ingenii mediocritatem, sterilitatem, inopiam perspicias. Desunt plerumque ingeni benigna vena, afflatus divinus, spiritus poeticus, sollertia. Oratio prorsus caret imaginibus similitudinibusque talibus, qualibus Homerus splendet et abundat; saepe humi serpit, multis locis invenusta, illempida, inelegans, sicca, iejuna, languida, frigida est. Versibus 86—90 non Veneris venustas animo repraesentatur, sed vestitus et ornatus late depingitur. Versuum 94—99 ineptias, quas supra exposui, excepto uno versu 98, hymni conditori imputandas esse veri simile est. Ineptissimi sunt v. 162—166. Mirum enim quam accurate et diffuse et lente iis describuntur ea, quae poeta elegans hoc loco omisisset, quia hoc loco ea narrari nihil opus erat. Cum hymni conditor ingenii inops parumque sollers esset, saepe metrum ei difficultatem negotiumque exhibebat. Idecirco in angustiis metri causa usurpasse videtur in v. 30 ἐλοῦσα, in v. 112 ἐντειχήτοιο, in v. 114 διαπρό, in v. 127 τεκεῖσθαι, in v. 168 ἥμος ἀποχλήνουσι, in v. 199 ἔνεκα, in v. 245 νηλεές, fortasse in v. 270 ἀξάνεται (ἢ), id genus alia. Mediocris artis metricae hoc quoque esse videtur quod in hymno IV. pro numero versuum, quos continet, multo saepius quam apud Homerum quintus pes q. d. spondeus est, fortasse etiam hoc quod his quatuor locis: in v. 114 (μεγάρω με τροφὸς), in v. 131 (ἀλλά σε πρὸς), in v. 179 (δή με τὸ πρῶτον), in v. 187 (ἀλλά σε πρὸς) correptio attica quae dicitur occurrit, quae apud Homerum pro numero versuum multo rarior est, quamquam apud illum non modo ea reperitur, sed etiam, siquidem codicibus et scholiis confidendum est, vocis ἀνδροτῆτα prima syllaba corripitur II 857. X 363. Ω 6. Vitia metrica, quae librariis interpolatoribusque deberi suspicor, supra commemoravi.

A syneton inelegans offendit in v. 12, de quo supra disserui, et in v. 173.

v. 12.

ἔστη πάρ κλισή· ἐύποιήτοιο μελάζων . . . , quo loco codex M. εὗ ποιητοῖο habet, ceteri codices εύποιήτοι habent, Ruhnkenius εύποιήτου δὲ coniecit, quam conjecturam Baumeister audacius mea quidem sententia in textum q. d. recepit; denique in v. 266 et 267, quos supra enodare studui. — In v. 289 asyndeton non offendit.

13.

Sed quanam tandem aetate hymnus IV. compositus sit quaerentes iam reliquos Homeri qui dicuntur hymnos cum eo conferamus. In iis duo sunt εἰς Ἀφροδίτην inscripti VI. et X., quos ab eodem poeta compositos esse, qui hymnum IV. condidit, facilissime cogitari potest. Etenim in hymno VI. verbum κοσμέω eandem atque in hymno IV. habet vim, atque — id quod notatu dignissimum est — v. 10 et 11 cum versibus hy. IV. 88—90 admodum consentiunt, et in hymno X. idem mos moleste voces repetendi offendit atque in hymno IV. Accedit quod et VI. et X. hymnus eadem fere aetate atque IV. conditi esse videntur. Sed manifesta indicia,

ex quibus eam exactius definiamus, neuter praebet nisi quod h. VI. v. 2. verbi formam ἀσοματικην habet, quae a sermone antiquissimorum epicorum abhorret. Neque enim ἄδων neque ceterae huius verbi formae contractae nec vox ὁδῆν apud antiquissimos epicorum reperiuntur neque alibi in hymnis Homericis praeterquam in iis, quas inferioris aetatis esse apparet, ut ἀσοματικην h. XXXII. v. 19, ἄδωνεν XXXIV. 18, ὁδῆς V. 494. XXX. 18. XXXII. 2, et loco suspectissimo h. I. v. 20. ὁδῆς. Alibi autem vox ὁδῆν apud atticos demum scriptores legitur. Quin etiam inferioris aetatis hymni habent ἀφεδῶν ut h. XVIII. 1. XXVII. 1. (cf. XII. 1. XX. 1. XXXII. 1, quo loco codices ἀελενην habent, εὐειδῆ Bothius coniecit), et ἀφοδῆς ut h. V. 495 et XXX. 19 (cf. II. 368). At iam Terpander dixit ἀδέτω. —

Quid autem, quod aetatem definire studenti notandum sit, reliquis minoribus hymnis Homericis et hymno I. et II. εἰς Ἀπόλλωνα et hymno III. εἰς Ἐρυγνην cum hymno quarto commune est? Nihil est praeter haec: δὲ ἔναυλος, quod h. XIV. et XXVI. habent, ὅσαρος, quod h. XXII. habet, συνέμιξα, quod h. III. habet, ἐρόεις, quod h. III. et XXXI. et suspectus versus 263 h. IV. habent, ἀχέω, quod et h. XIV. et h. IV. habere videntur. Neque enim ullius momenti sunt haec: in h. I. v. 87 βωμὸς θνάτης, in h. III. v. 360 et IV. 289 εὐρηταὶ τοι πάντα, in h. III. v. 19 διαπρύσιος, neque ex iis vocibus, quibus usurpati hymnus IV. ab Iliade et Odyssaea differt, in reliquis hymnis Homericis ulla reperitur praeter eas, quas modo commemoravi, atque eas, quas hymnus V. εἰς Δήμητραν continet. Hic vero haec habet verba notabilia: μελάνθρου κῦρε κάρη, τιμάοχος, εὔστρωτος, καλυκῶπις, χαραιγενής, quae tot tam insignia cum hymno IV. uni hymno V. εἰς Δήμητραν communia esse, cum hic illius dissimillimus et a poeta plane alio conditus sit, permirum et dignissimum notatu est. Etenim verba μελάνθρου κῦρε κάρη his duobus tantum locis leguntur h. IV. 173 et 174, h. V. 188 et 189, et vox τιμάοχος his duobus tantum locis exstat h. IV. 31, V. 269, et epitheton εὔστρωτος his duobus tantum locis h. IV. 157, V. 285, utroque loco vocabulo λέχος iunctum, et καλυκῶπις nullo alio loco praeterquam in hymnis Orphicis 23, 1. 59, 6. 78, 2, et χαραιγενής nusquam alibi praeter Hes. th. 879 in suspectissima carminis parte (v. 820—880), quam inferiore demum aetate inepite insertam esse Bergkius recte iudicat l. l. pg. 986, et Pind. Pyth. 4, 175 et Nonn. 13. pg. 361, 31. Rarissima igitur haec verba omnia sunt nec dubitandum est quin perantiqua non sint. Ergo ad nostram quaestionem persolvendam ea summi momenti esse patet. Quapropter curiose iis perpensis et omnibus inferioris aetatis indiciis, quae hymnus IV. praebet, computatis iam non possum facere quin coniciam hymnum IV. eadem fere aetate atque hymnum V. εἰς Δήμητραν compositum esse. Nam aliis coniecturis mirus ille carminum diversissimorum consensus explicari non posse videtur, nisi forte — id quod pro certo negandum est — is, qui hymnum V. condidit, poeta indole praeclara praeeditus et suo ingenio confidere solitus, illa verba ex hymno IV. furatus est, mediocrem imitatorem imitans. Sin contra a conditore hymni IV. ex hymno V. ea sumpta esse quis contendat, meae sententiae non repugnat. Nam ut ad hymnum IV. faciendum verba ex hymno V. sumpta sint, quartus recentior etiam quinto sit necesse est; mea autem hoc potissimum refert ut quartum hymnum multo antiquorem quam quintum esse negetur. Itaque si quis sibi persuadeat hymni IV. conditorem illa ex quinto sumpsisse, equidem hanc sententiam haud impugnam, quamquam animus ut eam amplectar minus inclinat.

14.

Constat mihi igitur utique hymnum IV. aut eadem aetate atque quintum aut non multo ante aut posterius compositum esse. Quintum autem hymnum circa Pisistrati-

darum aetatem conditum esse viri doctissimi sat iustis argumentis docuerunt. Nec pauca hymnus IV. praebet indicia, ex quibus eum certe non ante aetatem Pisistratidarum compositum esse colligas atque etiam Sophoclis Herodotique demum aetate eum compositum esse conicias. Quae iam reputes animo et perpendas ea ratione ut conjecturam meam tenens omnia perlustres, quae de proprietatibus eius disserui: omnia illa et ad conjecturam meam probandum, confirmandam, illustrandam valere et conjectura mea enucleari, explicari, illuminari intelleges. Hinc enim luce fusa iam perspicuum est quam plane inter se consentiant haec omnia, quae inferioris aetatis vestigia agnoscere iam non dubito:

in v. 7 τρισσός, in v. 1³ σατίνας, 22 sqq. Vestae nomen (Ιστίη) et fabula, 30. πίλω
έλοῦσα, 31. τιμάσχος, 32. πρέσβειρα apud nullum auctorem Euripide et Aristophane antiquorem repertum, 49. γελοιήσασα, 74. et 124. ἐναυλος, 94. Θέμις ἡγενής, 107. χαραγενέων,
112. ἐύτειχήτοιο derivandum a verbo τειχέω, quod apud unum Herodotum reperitur, 114. διαπρό,
123. ἀκληρον eam vim habens, quam alibi non habet praeterquam uno Euripidis loco,
126. καλέεσθαι eam vim habens, quam alibi verbi καλέω futurum medii q. d. apud Sophoclem
demum et Euripidem habet, 127. τεκεῖσθαι, 140. ἀποινα eam vim habens, cuius similem apud Pindarum demum habet, 157. εὔστρωτος, 159. βαρύφθογγος alibi non repertum praeterquam apud Pindarum et infimae aetatis poetas, 168. ἥμος ἀποκλίνουσι, 173 et 174. μελάδηρον
κύρε κάρη, 189. βιοδάλμιος, cuius analogon (Ζωδ.) apud Pindarum demum reperitur, 199. ἔνεκα,
quod pro οὐνεκα positum certe apud nullum auctorem Pindaro antiquorem exstat, 221 sq. Tithoni fabula, 229. εὐγενής hoc uno loco corporis parti attributum perinde atque εὐγενής apud Euripidem demum, 245. νηλειές, 246. vox καματηρός, quae alibi apud nullum auctorem Herodoto antiquorem legitur, 261. sqq. hamadryadum fabula mira, 262 Σειληνόι, 274.
τὸν ἔλη γέβη, 284. καλυκώπιδος . . .

Quae cum ad sententiam meam de hymni IV. aetate comprobandum et confirmandam sufficient, hic ea omisi, quae minoris momenti sunt, et ea, quae incertiora sunt, ut in v. 4 διπτέας, 29. καλόν?, 65. κοσμητεῖσα, 125. ἐδόκουν?, 197. ἐκγεγάνται??, 249. ὀάρους, 252 verbum
ἀχέω a Buttmano non sine causa statutum, quod, si et in h. IV. v. 252 στόμ' ἀχήσεται et
XIX. 18 ἐπιπροχέουσ' ἀχέει et V. 479 οὐτ' ἀχέειν restituenda sunt, et hymno IV. cum hymno
XIX. εἰς Πᾶνα, qui manifestissimis inferioris aetatis indiciis abundat, commune est et ad eas
insignes voces, quae quarto cum quinto communes sunt, accedit ideoque ad senten-
tiam meam fulcierendam pertinet notatunque perdignum est; 261. καλόν?, 263. ἐρούντων, 267. ἤλ-
βατοι?, 269. ὀξάνεται, aliis locis id genus alia.

Manifestis autem ex vestigiis ea, quae locis suspectis inveniuntur, non omisi propterea,
quod omnes hymni IV. proprietates certas computanti iam veri simillimum esse appareat — id
quod et Baumeister pg. 251 et Bergkius l. l. pg. 765 existimant — omnes eius partes a
conditore ipso factas esse perpaucis versibus exceptis, non excepta neque Tithoni
fabula neque dryadum fabula, et germanum hymnum IV. paene integrum incolumente
ex stare.

Accedit vero ad conjecturam meam de hymni IV. aetate confirmandam quod eius
conditor Homeri carmina tota fere talia fere, qualia hodie leguntur, atque etiam recentissimas
eorum partes cognovit et, opinor, legit. Accedit etiam quod in Iliade et Odyssea ille recen-
tiores quasdam lectiones q. d. iam in locum genuinarum verborum formarum substitutas in-
venisse videtur ut γελοίων pro γελώων, γελοιῶντες pro γελώοντες, εὐηγενής pro εὐηφεγής, γῆδυ-
μος pro ἦδυμος vel Φῆδυμος, Ε 172 ἔανῳ, quod in v. 63 hymni IV. codices omnes habent ex-
cepto codice M., qui ἔανω! habet, pro ἔδανῳ. Accedit porro quod hymni IV. conditorem etiam

v. 7. 13. 22.

Hesiodi quae dicuntur carmina, praesertim theogonia atque adeo recentissimas eius partes legisse veri simillimum et ex illa theogonia nonnulla ut Vestae fabulam, verba Θέμις ἡγενής, χαμαιγενής, νηλεύες ab eo sumpta esse suspicio non imbecilla est, quamquam plerumque ille Homeri, cuius carmina pronuntiasse videtur, imitandi studiosissimum se ostendit. Accedit quod correptio attica q. d. quattuor hymni IV. locis occurrit. Accedit denique quod in scriptis auctorum antiquorum, quae exstant, nisi in libris infimae aetatis*, nusquam hymni IV. mentio fit.

15.

Antiquissimus esse videtur hymnorum Homeri qui dicuntur omnium hymnus I. εἰς Ἀπόλλωνα Δῆλιον, quem nec post olympiadem 30, nec multo ante eam conditum esse Bergius non sine causa existimat, quamquam quidam versus, quos hymnus I. habet, ut v. 14—18 et 20—24, posterius facti esse videntur nec veritatis specie caret id quod Lehrsius statuit hymnum I. ita in tres hymnos dividendum esse ut alii hymno v. 1—13, alii v. 19—24, alii v. 25—178 tribuantur.

Cum hymno IV. hymnus I. quamquam eo consentit quod permulta ex Homeri carminibus sumpta continent, tamen genere dicendi et filo orationis ita discrepat ut utrumque hymnum ab eodem poeta conditum esse cogitari non possit. Hymni I. cum versus nonnulli magnifici et praeclarri sunt, tum v. 135 et 139 imagine et similitudine splendent poetica.

Hymnus II. εἰς Ἀπόλλωνα Πύθιον, quem Lehrsius similiter atque hymnum I. in tria carmina secat ita ut alii carmini v. 1—28, alii v. 29—35, alii v. 36—368 tribuat, et post hymnum I. et ante olympiadem 47 conditus est.

Is, qui hunc hymnum condidit, quamquam cum conditore hymni IV. et eo consentit, quod permulta ex Homeri carminibus sumpsit, et eo, quod molestis vocum et sententiarum repetitionibus abundat, de quibus legas quae Baumeister ad v. 53 adnotavit, tamen plurimum ab illo differt cum dicendi genere et orationis filo, tum summo studio origines nominum declarandi et etymologicas vocabulorum rationes perscrutandi. Uno enim hymni IV. loco origo nominiis inquiritur in versibus (suspectis) 198. et 199. Neque in reliquis hymnis Homericis reperitur etymologia (quae dicitur) praeterquam in h. VI v. 5 et in h. XIX. v. 47 (!), neque in Iliade nisi 1 562, neque in Odyssea praeterquam τ 406—409. Sed haec hactenus. Non attinet plura dici de proprietatibus hymni in Apollinem Pythium, quas optime explicavit Baumeister pg. 115 sqq. et 145 sqq.

Hymnus III. εἰς Ἔρμην manifestissimis inferioris aetatis indiciis, de quibus quae in hac dissertatione (praecipue in parte XI.) exposui et quae Baumeister ad v. 51 et 95 et pg. 186 sqq. protulit, contuearis, adeo abundant ut eum et hymno quinto εἰς Δῆμητραν et hymno quarto εἰς Ἀφροδίτην recentiorem esse coniciam. — Digammatis vestigia certa nonnullis et quarti et quinti hymni locis reperiuntur ut IV. 9. 10. 82. 181. et V. 117. αἱ κέ σε φίλωνται (cod. M. φίλονται) ἡμένι ἔπει (Féte) et 245. ἡ δύ (M. ἡδη) οἱ (Foi) καὶ ἔπειτα μεσήστερον εὔαδεν (M. εὔαδεν) ὀργαῖς, nullo tertii loco reperiuntur. — Hymnus autem III. et h. IV. immane quantum inter se differunt sermonis, stili, artis, sententiarum proprietatibus tam diversis ut utrumque carmen ab eodem poeta compositum esse cogitari nequeat.

E minoribus hymnis Homeri qui dicuntur manifestissima inferioris aetatis indicia praebent hi: hymnus VII. Διόνυσος ἡ λησταί (ut in v. 16 ἐκαθητό), VIII. ΕΙΣ ΑΡΕΑ, XV. εἰς Ἡρακλέα, XVI. εἰς Ἀσκληπιόν, XIX. εἰς Ηάνα, XXIII. εἰς Δία, XXVII. εἰς Ἀρτεμί, XXIX. εἰς Ἑστίαν, XXX. εἰς Γῆν . . . , XXXII. εἰς Σελήνην, XXXIII. εἰς Διοσκούρους. Nonnulli vero ex iis

*) De Philodemo Tithoni fabulam afferente legas quae Guttmannus protulit I. l. pg. 3 sqq.

post pugnam Marathoniam demum compositi esse videntur ut h. XIX. Sed de hymnis minoribus plura dici non attinet, quoniam quae in iis reperta ad sententiam meam de hymni IV. aetate comprobandum valeant, iam protuli nec quidquam in iis repertum est, quod sententiae meae repugnare videatur. —

16.

Summa denique subducta argumentationis hoc tibi persuaderi velim: hymnum IV. *εἰς Ἀργοδίτην* haud ita antiquum, sed certe non ante Pisistratidarum aetatem, fortasse vero Sapphoelis demum aetate et Herodoti compositum esse, fortasse vero etiam paulo posterius.

Quod assensione comprobasse videntur philologi illustrissimi sodales collegii illius, quod „Kaiserliche wissenschaftliche Prüfungs-Commission zu Straßburg i. E.“ vocatur; illi enim viri doctissimi de hac dissertatione hoc iudicaverunt: „Besser als seinen Vorgängern“ (auch Thiele prolegg. in h. in Ven.) ist dem Verfasser die Bestimmung des Wertes und damit auch des Alters dieses meist sehr überschätzten Hymnus gegönnt, und auch hier zeigt sich ein gesundes Urtheil, das slavische Nachahmung von lebendiger Tradition zu scheiden weiß.“ —

*) Libri, quem Windischius scripsit „de hymnorum Homericorum sermone“, inspiciendi facultas mihi non data est.

sonia etiamque obicitur. **XXX.** dum amicis esse sociis nuncus ministris inservit res
MI inagi ab amicis ministris be amicorum est cum amicorum nomine post illis transq. **XXXV**
amicorum hinc, qui amicorum est in amicis post illos quod amicorum sicut
amicorum amicorum est in amicis.

XL MI amicorum amicorum est in amicis quod amicorum amicorum est in amicis. **XLII**
amico amicorum amicorum est in amicis quod amicorum amicorum est in amicis. **XLIII**
amico amicorum amicorum est in amicis quod amicorum amicorum est in amicis. **XLIV**
amico amicorum amicorum est in amicis quod amicorum amicorum est in amicis. **XLV**
amico amicorum amicorum est in amicis quod amicorum amicorum est in amicis. **XLVI**
amico amicorum amicorum est in amicis quod amicorum amicorum est in amicis. **XLVII**
amico amicorum amicorum est in amicis quod amicorum amicorum est in amicis. **XLVIII**
amico amicorum amicorum est in amicis quod amicorum amicorum est in amicis. **XLIX**
amico amicorum amicorum est in amicis quod amicorum amicorum est in amicis. **XLX**
amico amicorum amicorum est in amicis quod amicorum amicorum est in amicis.

Etiamque obicitur. **XXX.** dum amicis esse sociis nuncus ministris inservit res
MI inagi ab amicis ministris be amicorum est cum amicorum nomine post illis transq. **XXXV**
amicorum hinc, qui amicorum est in amicis post illos quod amicorum sicut
amicorum amicorum est in amicis.